Liberia

N 91

M
91 26 265

36—4

pron: Jibeca

En este Volumen se contienen quatro tratados principales del Dotor Antonio Ribeca, Protonotario del Reyno, y Abogado fiscal del R.l Patrimonio, y del Tribunal dela Monarquia, tocantes ala Monarquia de Sicilia, y otras prehaminencias Realesp.

1. El primero tiene el titulo general, De preminentijs Ecclesiasticis quas habet Rex in Regno Sicilia. fol. 1.o usq.z ad fol. 99.

2. Secundo De Regio Iure patronatus in Archiepiscopatibus, Episcopatibus, ceterisq.z beneficijs Ecclesiasticis Regni Siciliq. — fol. 104.

3. Tercero Compendium preheminentiarum Ecclesiasticarum Regis Philipi in Regno Siciliq ad Ill.mum Dominum Marcum Antonium Columna. fol. 153.

4. Quarto Resolutiones Septem Dubiorum propositorum contra Ofitium Legati, Seu Monarchiq in Siciliq. Pagina 174. et Sequentibusp. 174.

DE PRÆEMINENTIJS ECCLESIASTICIS, QVAS HABET REX IN REGNO SICILIÆ

SCRIPTVRVS mandato Excellentissimi Marci Antonij Colũnæ huius Regni Siciliæ Proregis, et Domini mei obseruandissimi De præeminentijs Ecclesiasticis, quas habet Rex Siciliæ in hoc Regno, libentissimè equidem abstinerem si mihi liceret. Intelligo enim per fretũ periculosimũ inter Scyllã, et Charybdim nauigandũ esse, terret enim me, à, Dextris sũma Religio ob quam semper Pontificiã potestatẽ sũmo honore, et veneratione, vt par est, sum prosequutus, ne aliquod verbum mihi nolenti, atq; imprudenti elabatur præter animũ meũ, quod viris peritissimis, et religiosis graue videri possit, vrget verò magnopere, à, leua Mos vetustissimus, quo in hoc Regno Proreges cũ consilio tot Doctissimorũ, et pientissimorum consiliariorũ vsi sunt. Scio etiam huius rei elucidationẽ egere sũmo, et excelso Doctore, et in vtraq; censura Principe, et Agnosco quanto interuallo alij nos superent. Sed quoniam Onus officij fisci Patroni Regij Patrimonij, quo mandato Philippi Regis maximi, atq; potentissimi fungor, ac etiã nouũ officiũ fisci

Diego marotta

N.º 8118
UNIVERSIDAD Y PROVA BIBLIOTECA. DE ZARAGOZA

Patroni Regiæ Monarchiæ, quod die xxxvj.° Octobris 1578. Ill.mus, et Exc.mus Marcus Antonius Colúna Dns meus mihi inscio addidit, atq; inuinxit velim, nolim adscribendum astringunt; ad diuinú itaq; auxiliú confugio, quod linguas Infantiú facit disertas et rerú omnium veritatem docet, et sanctum Spiritum obsecro, vt mentē meā radio suæ gratiæ illustret, ac dirigat adscribendú ea, quæ et Sanctissimus Pontifex Iusta esse cognoscat, et Catholicus Rex, et Dominus meus piè, ac religiosè suo more amplectatur.

Sed anteq; initiú faciam protestatú esse volo, ea me videlicet mente dicturú, vt nolim, vel transuersú, vt aiunt vnguem in aliquo à Religione, Fide, atq; obedientia, quam Gregorio xiij.° Pontifici maximo sumo Christi Vicario nunc Regnanti, debemus, nec à Romana Ecclesia, quæ est omniú magistra secedere, & si fortasis scripserim quid erroneú, aut quouis modo suspectum id, quod animus meus abominatur, pro non scripto haberi volo, paratus æquidem sum, non modo Ecclesiæ Cathō Romanæ diffinitionibus obtemperare, sed etiá cuicúq; meliora, et veriora docenti libenter accedere eiusq; correctionē sumi beneficij loco habere.

Vt autem hac in re distincte procedam materiam in capita distribuã, quibus discussis elucidatisq; clarissimè apparebit, qua ratione, aut viã, et quomodo Rex meus Dominus preeminentias Ecclesiasticas in hoc Regno legitimè possideat, perq; suos officiales exerceat.

Tractatus de Monarchia

Quã verò praeminentiarũ omniũ precipua est ea, quam nostrates Monarchiã vocant eius tractatũ per capita absoluã.

Cap. 1. Primus, de significatione nominis Monarchie. a fol. 1. ad 12.

2. Secundo, de origine Monarchie. —— fol. 12. at°.

3. Tertio, de causis propter quas fuit concessa Monarchia —— f. 29. at°.

4. Quarto, de officio, et potestate Monarche —— f. 42.

5 —— Quinto, de vsu, et obseruantia Regie Monarche. —— fol. 75.

6. Sexto, de abusibus Monarche —— f. 86.

7 Septimo, de fine Monarche —— fol. 95.

8 —— Octauo, de Monarchia conseruanda. — f. 96

Explicio Monarchie tractatu, sequenti loco persequar ceteras praeminentias

9. Nono igitur subijciam, de Regio Jure patronatus in Episcopatibus Archiepiscopatibus ceterisq; beneficijs Ecclesiasticis. — fol. 104.

10. Decimo, de Spolijs Prelatorũ, et fructibus sedae vacantis

11. Vndecimo, de exequutorijs rescriptorũ Summi Pontificis.

12. Duodecimo de Donatiuis status Ecclesiastici, in parlamentis, alijsq; ad eã rem pertinentibus

Caput. I. De significatione nominis Monarchie

n. 1. Omnis scientia si recte tradi desideretur, à cognitione primorũ eius vocabulorũ debet initiũ sũmere: alioquin eorũ ignoratis significationibus facile quisq; decipitur. Itaq; de significatione nominis Monarchie aliqua in primis referre nõ supervacaneã operam existimaui.

Aristotiles, quẽ Plinius non iniuria lib: 8. cap. 6. Virum in omni scientia sũmum appellauit, tres gubernandi species esse dicit octauo Ethic: cap. x°. et tertio Politic: cap: xj°. hę sunt Timocratia, siue popularis

gubernatio cuiusmodi olim fuit apud Athe-
nienses, et hodie est apud heluetios gallorum
populos. Aristocratia, siue optimatum Re-
gimen, siue principatus qualis etiam nunc
apud Venetos viget. et Monarchia, siue 3.
vnius Regimen, et Principatus. quae quidem
suo quodam peculiali nomine vocari po-
test Regnum, cui gubernando non nisi 4
caput vnum est praepositum, quod bonis,
aequis, ac sanctis legibus vnicuique suum
Jus ministret. Optima omnium habetur
Monarchia, siue Regnum, vt Plato in
lib: de Regno maxime probat, eaque est
omnium Philosoforum recte Docentium sententia
teste omnibus numeris Doctissimo viro Mar-
tino Nauarro in c.° nouit. Tertio notabili
n.° 174. de Judicijs, et Jacobo Septimacense
in tracta: de republ: lib: 3.° cap. 2.° post multos
grauissimos auctores, quos refert, quibus
addo Cagnolum in Epistola de vita, et Regi-
mine boni Principis n.° 46. Oldra: cons.° 204.
Bal: cons.° 285. col: 2.ª lib: 3.° in antiquis
Ancha: cons.° 339. n.° 3.° Cathel: cotta memor:
in verbo princeps, et alios congestos nouissime

per franci: marzariū cons.º 25. vers: et quoniā fol: 241. et per tiberiū decianū cons.º 19. n.º 24. et 25. lib: 3.º ac Jo: corrasiū in l. p.ª §. huius studij ff. de Justit: et Jur:

5. Sed enimuero ratione id probatur nā omne perfectū indiuisibile est teste Philosofo 12. Methaf: nec bona est in republ: Prin:
6. cipū pluralitàs vnus ergò debet esse Rex, et Princeps l. 2. §. deinde quod difficile ff. de origine Juris. c.º in Apibus 7.ª q. p.ª Vnde Dns per Ezechielē dixit seruus meus Dauid Rex super eos erit, et pastor vnus erit omniū Illorū Bar: in tracta: de regimine Ciuitatis col. 2. vers. 2.º videndū est id probat ex intentione finali Regentis, quę debet esse pax, et vnio l. congruit ff. de officio Presidis Pax autē, et vnio magis cōparari, retinerique potest si populus ab vno regatur, quam si à pluribus melius ergò est per vnum Regi.

Probatur etiā ex eo, q in Principatu pluriū

pax esse nõ potest nisi quatenus illi plures
vnius essent voluntatis alioquin si dis-
sentiunt impeditur eorũ actio l. consilio
§. fin: ff. de Curatore furiosi; hinc in cõmu-
nibus rebus rixę semper, et discordię sũt
l. in Re cõmuni ff. de seruitutibus
ristic orę prediorũ, ob quod Glos: in l. fin:
C. de Iure Dominij impetrand: dicit cõmunionẽ
esse matrem discordię nõ debent igitur in Regno
plures Reges esse, aut Principes.

Sed et administratio Ipsa potentior ex hoc
redditur. cũ (vt aiunt) virtus vnita for-
tior sit, At ex diuerso plures credita ne-
gotia segnius exercent q̃ vnus l. 3. §.
apparet ff. de administrat: tuto: natu-
rali vitio ad id trahente quo negligi sd
quod cõmune est videmus l. 2. C. quando
et quibus quar: lib. xj.º quorũ aliqua nouis-
simè confirmat Franc: Auiles in c.º 46.
Prętorum in Glos: in verbo regir fol. 263.
et Joãnes Aroxas olim electus Episcopus
Agrigentinus, et huius Regni Inquisitor-

heretice prauitatis in tracta: de succes: ab in-
testa: c. 5. n.° 23. cũ pluribus sequẽtibus

10 Monarchiã duodecim rationibus Doctè pariter
ac Fuisse confirmat Joãnes de Turrecremata
Cardinal: in sũma de Ecclesia: lib: 2°.
c. 2°. per totũ laudauit pariter ante õnes
Homerus Iliados lib: 2°. inquiens non bona
multorũ Ditio Rex Imperet vnus multos
imperitare malũ est Rex vnicus esto
quẽ sequuti sunt Aristotiles, et Ceteri
eãq; Homeri sententiã explicans & Heu
Stacius Archiepus Tessalo. post alia in-
quit, quòd autẽ Monarchia sit optima
declarat Mundi dispositio, quę ab vno
Creatore vniuersarum Rerũ Domino ac Rege
Gubernatur, quęq; in mundo habentur
pulcherrima singularia sunt, vnus sol
pręest diei, vna Itẽ est Luna noctis ocu-
lus, vnũ Regem in arce nostra mentẽ
scilicet Rex Regũ collocauit, Ita Ciui-
tàs bene se habet si ab vno Principe
regatur.

Hanc Monarchię prestantiā, et Principatus vnius ostendit Deus optimus maximus nō solū in seipso in toto Mundo, sed etiā ferè in plerisq; omnibus animantibus Apes etenim vnū Regē habent cuius auspicijs eaque ad seipsas spectent componūt. Quinimò quod est mirandū cū plures apparent Reges in initio operationū omnes occidunt, et eyciunt extrà Castra vno solo seruato quē eligunt in Regem vt ait Plinius lib: xj.° naturalis historię. in grege etiā pecudū aliqua vna est quę animi viuacitate, quā natura elegit totum agmen conducit, Grues quoq; vnū ducem ac Principē sequuntur, quod ex nostratibus siculis refert Doctissimus Joānes Antonius Cannitius in repetitione Capl. volentes dum rempublicā Regiā describit fol: 262.

Herodotus quoq; in thalia dicit vnius viri, qui optimo sit Imperio nihil melius est, et Monarchia omniū est prestantissima, Dion: etiā Syracusan: dicebat nō posse bene regi rempublicā multorū Imperijs, et à Domitiano Imperatore dictū fertur nō esse bonā Imperatorū multitudinē, Diuus etiā Ciprianus ait, vt vnus sit Princeps omnis natura consentit.

Diuus Thomas lib: 1º de Regimine Principũ c. 2º.
ait bonũ consociale multitudinis est, vt eius
vnitas pace conseruetur, quanto igitur Regi=
men efficatius fuerit ad vnitatẽ pacis seruan=
dam, tanto erit vtilius manifestũ est autem
q̃ vnitatẽ magis efficere potest, quod est per
se vnum, q̃ plures. vtilius igitur est regimen
vnius q̃ pluriũ, ad hęc ea quę naturã congruũt
optimè se habent in singulis operatur natura
quod optimũ est, omne autẽ naturale regi=
men ab vno est in membris, quorũ mouet
omnia in partibus animę ratio pręsidet in
toto vniuerso vnus Deus factor est omni=
um, et Rector huc accedunt experimẽta
nã Ciuitates, et Prouintię, quę nõ reguntur
ab vno dissentionibus laborant contrà verò
quę ab vno reguntur pace gaudent Justitiæ
florent, Et alijs bonis affluunt, vnde pro
magno munere Deus per Profetas populo suo
promittit caput vnũ Regẽ vnũ, et pastorẽ
vnũ, Hęc thomas, et *nouissimè admodũ *
venerandus Fran^cus victoria Thologię pro=
fessor eximius in relectione de potestate

ciuili n.° 8. dicit Ideo nos cũ omnibus sapientibus melius dicimus Monarchiã, siue Regiã potestatẽ non solum iustam esse, et legitimã, sed etiã Reges Iure diuino, et naturali habere potestatem non ab Ipsa Republica, aut prorsus ab hominibus Id, quod pluribus rationibus confirmat.

Neq; verò inter tot auctorũ de Monarchia sententias silentio preteribo, quod de Monarchia literis comendauit Pius secundus, ante Æneas Siluius vocatus: is enim in literis apostolicis, quę in calce directorij Inquisitorũ impressę leguntur, fol. 55. sic ait. At verò inter genera gubernationũ comunis Philosoforũ sententia est prestare Monarchiã; et Romani, quorum toto micuit orbe dignitas, quamuis eiectis Regibus duos annuos Consules elegerunt, et modo tribunos addidere modo alios magistratus inuenere in aduersis tamen casibus bellisq; grauioribus ad vnũ aliquẽ recurrerunt virtute, et auctoritate prestantẽ, quẽ dictatorem appellauerunt, cuius dicto nõ liceret aduersari, et quamq; dictaturã temporaneã ab initio instituerunt in Iulio tamen, et successoribus eius perpetua effecta est nec vnq; Ro-

mana Res admirabilior, aut celsior fuit quam sub
Augusto Cesare, quando iam clausis Jani portis
totus ferè orbis sub vnius hominis guberna-
tione quiemit, quo tempore natus mundi Sal-
uator Monarchicum Regimen cæteris prætu-
lisse videtur gubernationibus Idem probat
totius ferè orbis consuetudo cuius maxima
parte gubernant Reges, siue Christianos
intueamur, siue barbaros, et quamuis Ciuita-
tes aliquæ reperiantur quæ cum maximè
seruiant liberas sese vocitant sine Rege
viuentes non possunt tamen effugere quin
vnum preferant alijs eique tanquam capiti pro
tempore obediant. quid plura? cælestis
Aula nos admonet. quid illa pulchrius?
quid ornatius? quid ordinatius? quid maius
aut durabilius? quid melius aut beatius?
quamuis in ea, et angelorum diuersi sint ordi-
nes, et sanctorum Spiritum innumerabiles
chori vnus est tamen omnium Rex eter-
nus Deus, qui condidit vniuersa, et nihil
negligit eorum condidit cuius filius vnigenitus
Christus Jesus cum pro nra Salute venisset
in hunc mundum seruili accepta forma Ecclesiam

de qua loquimur in cruce patiens suo sanguine acqui-
sivit, et in ea vigz in die ascensionis corporaliter
presedit, et tangz Dux verus, et Imperator cuncta
in fine sui dixerit. ~~At cu ascendisset in celu~~
~~eu in dubitanter sui gregis pastore reliquit,~~
~~cui dixerat pasce oues meas, et tibi dabo claves~~
~~Regni celorum negz enim dixit, et no fecit,~~
~~qui solus est verax et~~, Grex Christi Ecclesia est,
~~Pastor primus Ipse Christus fuit, et pastor bo-~~
~~nus, qui posuit anima sua pro ouibus suis, se-~~
~~cundus Pastor~~ hęc Pius secundus Pontifex ma-
ximus ~~mit~~

Sed haec haec delete ex errore

Primu orbis Monarchia legimus fuisse Adam, cui
terra data est in possessione, et Animantia in sub-
iectione de quo dici potest illud, omnia subiecisti
sub pedibus eius oues, et boues, et universa Pecora
campi: Secundus Monarchia tenuit Noe: Dicit
enim ei Deus crescite, et multiplicamini, et sit
tremor vester super Animantia terre, hic
terra excoluit, et orbem inter filios diuisit
Tertius Monarcha fuit Alexander Macedo,
de quo fertur, q cu totum orbem occupasset
etia aerem inuasit, maruisz restauit profun-
dum, Quartus fuit Octauianus de quo Lucas

ff ex vnum principem qo papa pro pui ego uno rectore de perdea, et plu ralitas principu discordiam parit, et Ecclesie celesis sue p ultimo testamento pacem reliq et pacem mu bis commendauit dedit ergo et regimen pri amicum id e monarchicu qui beato petro, et successoribus eius ad ministrandum pascendis Christi oues et cu gregis de mandato

S. petrus episcopatu ab ipso dno institutus, atqz omni potestate donatus, quae ad bene regendum commissas oues necessaria ducit, alioqui Christus q sapientior patris e, et omnia sapienter egit, ecclesiae sue aut sufficienter prouidisset, quod est naturam asserere. et quamuis plures e orbem ecclesiae institutae fuerint, et plures episcopi, id est plures greges, et omili plures et pastores plures: oues tamen sub uno pastore, et in uno grege, atqz omili continebantur, sicut et hodie continentur quia unus est Christi ecclesia, unum sponsus, unum ouile et unus pastor et omnis episcopus unus est episcopus Romanus Papa, beati petri successor et Jesu Christi

Euangelista ait exit edictu, à, Cesare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis.

Monarchia igitur omniu optima est vnius Principatus, quē Suetonius arbitriu orbis terraru appellat hac qui potitur Monarcha dicitur. Monarchia enim, à, monos idest solus, vel singularis, et archos idest Princeps dicta est, hinc Monarchia dicitur singularis Principatus. 12. q. p.ª c. Futura, et notatur per Archidiaconu in c.º Fundamenta de Election: lib. 6.

Hoc Monarchę titulo, Jure optimo vti potest Rex Sicilię Dn̄s meus, quippe qui in temporalibus solus omnia gubernet, superiorem nō recognoscens, Cū per successiones, à, magno Illo Rogerio Regnū obtineat, qui suis expensis, laboribus, ac periculis citrà Imperatoris adiutorium Regnū hoc armorū vi de manibus Infideliū eripuit vt est Glos: per cœlebris in c.º Adrianus. 63. distin: Sicut, et de Rege Hispanię nouissimè tradunt Ferdin: Vasq: lib: p.º Controuers: Illrium vsu frequent: c.º 22. n.º 11. et 12. Joēs Redinus in tract: de Maiestat: Princ: n.º 35.

n.º 35. fol: 16. Doct: Burgensis solon de pace in Proem: relect: H. Thori n.º 144. post Gaspar velas lusitanũ in l. Imperiũ de Jurisdict: omn: Jud: quo loci de Rege Castellę Portugallię, et Aragonę pertractat Itaq; Regem Sicilię in suo Regno superiorẽ non reconoscetę Monarchã appellari in specie tradit Andre: de Iser: in proem: Constitut: et in prelud: feud: et in c.º p.º §. si quis de manso de controuers: Inuest: et in Rubr: quę sint regalia col. 2. in verbo cõmittentiũ Crimen lesę M.tis Corsett: in tracta: de potestate Regia q. 44. n.º 9. Marinus frezia in tracta: de subfeud: lib: p.º fol. 10. n.º 35.

Nec enim exigitur Dominũ totius Orbis esse, vt Monarcha dicatur. Nã nulla lege diuina neq; naturaliter, neq; supernaturaliter data neq; ante, neq; post Euangeliũ statutũ fuit, vt in temporalibus vna tantũ esset Monarchia, et vnus Monarcha toti Orbi pręesset, vt tradit Doctissimus Nauarrus in d. c. nouit tertio notabili n.º 140. de Judic: etenim ante Christi aduentũ Jure Diuino non legimus Imperatores

mundi Dominos fuisse, quamuis Glos: Bar: in ex:
trauagant: ad reprimendu adducat de Nabuc
donosor Daniel: 9. de quo dicitur tu Rex Regu
es Deus Celi Regnu, fortitudinem, gloriam et Impe:
rium dabit tibi, et omnia in quibus habitaret
filij hominu. Certu est tamen q̃ nec Nabuc
donosor accepit Imperium specialiter à Deo
nisi eo modo, quo alij Principes, vt docet
Paulus Rom: 13. omnis potestas, à Deo est, et
Prouerb: 8. per me Reges Regnant, et legum
conditores iusta decernunt. Tum nec into:
tum orbem Imperium habuit, vt Bar: autumat.
Nam Judei Iure ei subiecti non erant, quia
gens Judaica libera erat ab omni Aliengena
eiq̃ ~~pro~~ vetitu erat in lege ne haberent
Dnum Aliengena De Vter: nom: c. 17. non
potens alterius gentis hominu Regem facere.
Nec Josu Octauianu Augustu dici potest to:
tius orbis dominu fuisse. Cu ætate nostra
~~opera~~ Regu hispane industria, studio, et cura
nec minus, et Regis Lusitane opera non
solu multe Insule sint reperte, verum
etiam alter pene orbis terrarum in Athlantico
Ethiopico, et Indico oceano, etiam multra
circulu Capricorni, et Torrida Zona, vbi

alia pars terre habitabilis collocatur, quę Re-
giones ab hominibus incoluntur, quarũ neq; Tolo-
meus, neq; Pomponius mela, neq; Solinus Pliniusue
nec historicorũ quisq; meminit, vnde Romanis
incognitas fuisse constat. Post aduentũ Christi
nemo legitur totius Orbis Imperiũ habuisse, vt
docet Franc: Vittoria in relectione de indis. n.º 25.
et 26. nec Iure humano constat Imperatorem
totius Orbis Dominũ esse, quia vel hoc esset
sola legis auctoritate, nulla autẽ eiusmodi
lex inuenitur, et si esset nihil ad hoc pro-
ficeret, quoniam lex presupponit Iurisdictionẽ
si autẽ ante legem non habebat Imperator Iu-
risdictionẽ in Orbe lex non potuit obligare
non subditos. Alia vero ratione Imperator
siue per legitimã successionẽ, siue Iusto bello
totius mundi Dominus nunq; fuit.

Hinc Doctissimus Nauarrus precitato loco n.º 160.
ait errare in numeros, qui putant Impera-
torem Romanorũ esse Dominũ, et Regem to-
tius mundi, et orbis terrarũ, ob id, quod An-
toninus Imperator refertur in l. deprecatio
ff. ad l. Rodiã de Iactu dixisse ego Dns

Mundi primo quidem ob ea quę hispani, et Galli
contradicentes adducunt inter quos ignauiter
hoc defendunt ex Francis Jo: Igneus in ques-
tione, an Rex Francię recognoscat Imperato-
rem? et ex hispanis Ferdin: Vasq: lib. p.º contro-
uer: Illustriū vsu freq: c. 20. Deinde q̄ scholium nouū in
Augustinū ~~nouū in~~ lib: 5. c. 25. de Ciuitate Dei
stultū esse ait affirmare Imperatorē Romanum
Jus habere in totū Orbem Terrarū, cuius nunq̄
fuit Dominus, nec in ea quidem, quorū aliquando fuit
Dn̄s, et iam amisit; Tertio quod non est sentiendū
adeo sensu caruisse Imperatorem Antoninū, vt
per Illa verba Ego Dn̄s mundi sentiret
se Dominū totius Orbis Terrarū, qui nec illi nec
vlli prędecessorū eius vnquā paruisset; quarto
quod dici potest vsū fuisse hy perbole, aut se-
nedoche, vel Metaphora sensisseq̄ nō de toto
mundo et orbe, sed solū Romano hoc est
de Illo quod ex mundo, et orbe Terrarum
Romanis parebat pro qua expositione facit,
quòd Augustinus d. c. xv.º appellat orbem Roma-
nū id, quod ex orbe Romanis parebat.
Roma etenim secundū Joannē Cruteū in tit.º
de origine Juris vsa est initio Monarchia.
Reges tamen magis vrbi q̄ orbi impe-
rabāt. Nam vix ad decimū quintū vsq̄

lapidem Romana extendebatur ditio. Exactis deinde Regibus experti sunt Romani Aristocratiã, hoc est optimatũ dominationẽ, et mixtim democratiã, idest multitudinis Imperiũ rursus Imperio singulari Julij Cæsaris ad Monarchiam redierunt.

Subdit quoq; Idem Nauarrus præcitato loco, errare eos, qui putant obstare tex: in c.° in apibus 7.ª q. p.ª in Illis verbis in Apibus vnus est Rex, et Grues vnã sequuntur, quia eorũ sensus non est omniũ Apum Mundi vnũ esse Regẽ, et omniũ Gruum vnũ ducem, sed Apum vnius Alueary vnũ esse Regem et vnius Agminis gruũ vnũ ducem. Item Illa nullatenus probant omnibus hominibus vnũ debere imperare, ac præesse, sed ad sũmum solũ probant vni ciuitati, vel genti vnũ debere præesse, tũm quia in Archetipo, et originali scilicet in Epistola hieronymi ad ruthi: Monachũ, quæ incipit Nihil, non legitur in apibus vnus est Rex, sed in Apibus principes sunt, quod confirmat hãc opinionem

Quibus rationibus Rex Philippus Dn̄s meus Monar-
cha rectè appellatur licèt totius Mundi Dn̄s
non sit, quo titulo Siculi omnes, Regijq; Vassalli
exultare debemus cū subijciamur Monarchię
seu regali rei publicę sub Rege tàm sancto
et Justo hispręsertim temporibus sub Exc.mo
Marco Antonio Colūna eius Prorege Integerrimo
sub quo Justitia in hoc Regno sūmopere flo-
rescit, ità ut, vel solus metus integerrimę
Justitię quā ex æquo omnibus ministrat totū
Regnum à sceleribus et maleficijs cohi-
buerit sub quo leges non sunt, vt Grecus
Sapiens quidam dixit similes aranearum
Cassibus, quos maiores Aues perrumpunt
muscis irretitis, Sed sub eo ità magnus Ju-
dicatur, vt paruus de vter: nom: c. p.o nulla
per eū disponuntur, nisi quę natura nitantur
ratione cōstent religioni conuenient di-
sciplinę congruant, quę rei publicę saluti
proficiant.

In Regno tamen Sicilię Monarchia, non vt
hactenus scripsimus accipitur, sed In propriè
Monarchia vulgo appellatur prębminentia
Regis in Rebus Ecclesiasticis; eoq; sit legatus

natus sanctę Sedis apostolicę: quę pręeminentia
Regno Sicilię accessit ex Priuilegio Vrbani
secundi, vt infra latius obtendemus. legatū
natū dicimus, quia statim ac Rex Si-
cilię nascitur, Successor Rogerij Comitis
cū pręeminentia legati Sedis Apostolicę
existit, cui competunt Jura, quę infe-
rius dicentur. Mos igitur Vetus, et Consue-
tudo Immemorialis pręeminentiā hanc Monar-
chiā vocauit, eūq; qui eā tenet Monarchā,
quippe q̄ vnus est Princeps in hoc Regno
Suppremus, qui de causis spiritualibus co-
gnoscit pariter hac temporalibus. Quas Ju-
risdictiones in eadem persona concurrere
posse non ambigitur, quod rectè defen-
dit Petrus Beltrand: Cardinal: Amplissimus
in tracta: de origine Jurisdictionū quęstione
3ª. Tametsi in spiritualibus causis hęc
authoritas, et potestas à Sūmo Pontifice
dependeat, a quo omnes Jurisdictiones
fluunt, et refluunt, vt Docet Curtius
Senior cons.º 65. Col. 2. Neuizanus cons.º
35. n.º 14. eūq; in superiorem recognoscit

B. D. L. U. L. D. Z.

nec ab auctoritate Clauiũ Beati Petri, et suorũ successorũ se eximit, licèt vocetur vulgo Monarcha ob cognitionẽ causarũ Ecclesiasticarũ, quam dixi.

Proprie tamen ac rectè in spiritualibus hoc nomen ad sũmum Pontificem spectat, qui mundi Monarchiã obtinet, secundum Jocobatiũ Cardinalẽ in tracta: de concilio lib: 7.° art.° 5.° de capitulis conclauis fo: 467. litera B. ipse enim, vt suppremus omniũ Monarcha habet omnimodã potestatẽ tàm super homines, et Ecclesias, q̃ supra conciliũ generale, vt traditur per omnes Theologos, et Canonistas congestos per Franciscũ Bursatũ cons.° 109. in princ: et in Terris non habet superiorẽ, vt ibidẽ Bursatus ostendit n.° 19. estq̃ sũmus Christi Vicarius, et habet sũmam Jurisdictionẽ a Christo immediatè datã, et acceptã Juxtà: c. licèt cũ ibi ãnotatis de electionibus.

Verũ nomina non semper per naturã ꝓpriã apponuntur, vt docet Rebuf: in l. Massurius, et in l. tugurij appellatione in fin:

de verbo: signif: interdũ enim nomina apponuntur
secundum rerũ Inuentores causãq; efficientẽ, vt
libri Iustiniani et Papiniani aliquando ex causa fi
nali non raro secundũ causã naturalẽ aliquan=
do ex fine interdũ secundũ obiectũ non nũq;
ex effectu aliâs secundũ qualitatẽ, et accidens
rei aliâs, à loco, vel tempore de quibus per
Stefanũ de Federic: in tracta: de Interpret:
Iur: par: 3. n.º 64. nõ raro apponuntur nomi=
na ex vsu consuetudine, vel similitudine
vt docet Vulpianus in l. librorũ §. quod tamẽ
Ibi nã ex vsu plerique libros chartas appellat
ff. de legat: 3.º ad Idem tex: in l. cũ de lanio=
nis §. Asinã molendinariã ff. de fundo Instructo
l. Labeo ff. de superlect: Lega: Deniq; Martia=
nus scribit ex vsu cuiusq; loci sumendam
significationẽ l. legat: seruis in fin: de legat:
3.º Bal: in c.º vnico n.º 13. de Capitaneo
qui Curiã vendidit. Consuetudo enim loquẽ=
di potest significationẽ vocabuli immu=
tare, et nouã dare l. quos nos hostes
appellamus veteres per duelles appellabãt
de Vbo: signifi: vnde Horatius ait in
arte poetica multa renascentur, quę iam

cecidere cadentq; quę nunc sunt in honore voca-
bula si volet vsus, quē pœnes arbitriū est,
et vis, ac norma loquendi, quā Consuetudinē
sequens cū Monarcha aliquando dicam dele-
gato nato intelligā.

Caput. 2. De origine Monarchiæ

Rogerius natione normandus ex Guiscardorum
nobilissima familia, re bellica strenuus
Christiani nominis propagator, cū Duro Ty-
rānidis Jugo ferè ānis tricentis sicilia
opprimeretur, militarijs copijs Christiq;
victricibus armis, et auspicijs siciliam à
Mauris vindicauit, et in Christianā reli-
gionē ~~redegit~~ sub eius Dominio et potesta-
te redegit; Idq; Jure proprio, et libero,
citra vllā Pontificis recognitionē Jure hoc
permittente cū capta ab hostibus Capientiū
fiant, quo Jure in omnibus, etiā alijs rebus
vtimur. Nā si quis Barbarus Christiani
cuiusq; bona ceperit, eaq; per aliquos dies pos-
sederit, si rursus bona illa ab alio re-
cuperantur, nō restituuntur p.° domino, sed

capientiu fiunt secundu Angel: et Salycet: in l. ab hostibus. C de captiuis, et post him: reuer: Angel: in disput: renouata guerra in p.o dubio Docto: in l. p.a ff. solut: Matrim: et alij quos refert Didacus Couar: in regul: peccatum par: 2.a §. 11. fol: 285. in parvis, et de Rege Hispaniæ tradit Petrus belluca in speculo princ: rubr: 14. Petrus ninius auendanus in tracta: de exequend: mandat: c.o p.o n.o 8. lib: p.o [illegible]

Quibus sic prospere gestis Vrbanus Pontifex maximus huius nominis secundus vir quidem doctrina, et sanctitate precipuus, qui et verbo et opere, et exemplis, et scriptis elegantissimis Dei Ecclesiam contra hereticos mirifice confirmauit, ita vt religionis auidus de salute fideliu cogitans expeditionem in Saracenos pro hierosolima recuperanda Christianis persuasit, et 300. hominu milia ea in expeditione cruce signauit, vt refert Joanes Stella de vitis Pontificum, et Platina, et nouissime tarcagnotta lib. xj.o 2.e partis

fol: 272. tam preclari facti, maxime memor Urbanus viuū, ac memorabile huius Monarchie seu legationis monumentū Ipsi Rogerio Simoni Filio, et heredibus suis posteris — concessit cuius rescripti verba sunt hec.

Bulla Urbani Pontificis de Concessione Monarchie

Urbanus Episcopus seruus seruorū Dei Charissimo Filio Rogerio Comiti Calabrie, et Sicilie salutē, et apostolicā benedictionē, quia propter prudentiā tuā superne maiestatis dignatio te multis triumphis, et honoribus exaltauit, et probitas tua in saracenorū finibus ecclesiā Dei plurimū dilatauit, Sancteq; Sedi Apostolice deuotū se multis modis semper exhibuit. Nos in specialē atq; Charissimū Filiū eiusdem vniuersalis matris Ecclesie assūpsimus, Idcirco de tue probitatis sinceritate plurimū confidentes, sicut verbis promisimus, ita literarū auctoritate firmamus, q omni vite tue tempore, vel filij tui Simonis, aut alterius, qui legitimus tibi heres extiterit nullū in terra potestatis vestre preter voluntatē, aut consiliū tuum legatū Romane Ecclesie statuemus, quinimo que per legatū acturi sumus per tuam Industriā — legati vice cohiberi volumus, quandoquidē te ex latere nostro miserimus ad salutem sanctarū Ecclesiarū, que sub nostra potestate con-

sistunt ad honorem Beati Petri, sanctæq; eius
sedis apostolicæ, cui devotè hactenus obedisti,
quamq; in opportunitatibus suis strenuè et fideli-
ter adiuvasti; si vero celebrabitur consilium,
tibiq; mandaverimus, quatenus Episcopos, et
Abbates huc ferre nobis mittas, quos, et quot
volueris alios ad servitium Ecclesiarum, et tutelam
retineas, Omnipotens Deus actus tuos in bene-
placita sua dirigat, et te à peccatis abso-
lutum ad vitam æternam perducat Dat. Salerni
per manus Joanis sanctæ Romanæ Ecclesiæ
Diaconi Cardinalis. iij. nonas Julij Indict. vij.
Anno Pontificatus nostri xj. hæc Urbanus, de
hoc legationis, seu Monarchiæ Privilegio
à Pontifice Regibus Normandis concesso, et
donato meminit Joanes Laurentius de anama
in sua Cosmographia in primo tractatu fol. 112.
et è nostratibus Siculis Doctissimus
Maurolycus lib. 3. Sicanæ Hystoriæ fol: 98.
asserens hoc decretum Urbani Pontificis Da-
tum fuisse v° Julij 1098. ano Pon-
tificatus xj.° et de verbo ad verbum illud
transcripsit Thomas Fazellus lib: 7.° po-
sterioris decadis de rebus siculis fo: 438.
cum sequentibus, quæ bulla nouissimè fuit
registrata in libro Monarchiæ de man.to

Illo Joannis à Vega in hoc Regno tunc Proregis compilato, qui è vetustis siculorum annalibus bibliothecis, codicibus, atq; publicis monumentis Privilegia, Dipplomata instrumenta, rescripta, Decreta, Res Judicatas, aliaq; acta ad Regiam Monarchiam pertinentia magno cum Labore, ac solertia eo in libro in ordinem redigi Curavit.

Ex quibus perspicuum fit quod inde, à magno Illo Rogerio hucusq; semper Reges Siciliæ usi sunt Legationis Privilegio omniaq; ad potestatem legati pertinentia exercuerunt, qui usus cum non solum sit temporis Immemorialis verum etiam accedit ad quingentos annos et Immemoriale tempus longè excedat aequipollet concessioni, et Privilegio, secundum Joan: Monac: in c.° 2.° de preben: per tex: in c.° super quibusdam §. preterea de verborum significatione, et l. ob Jure §. ductus aquæ ff. de aqua quotidiana, et estiva c.° unico de prebendis lib: 6. etiam in his quæ sunt Principi reservata Jason in l. de quibus ff. de legibus Alex: cons.° 35. lib: 2.° Abb: cons.° 20. lib. p.° et esse communem testatur Jo: igneus in repet: §. non alias. n.° 990. et interveniente usu tanti

temporis immemorialis nec tituli quidem alle-
gatio vlla necessaria est, vt placet Alexan-
dro cons.° 6. lib. p.° et Hostien: in c.° super quibusdã
de verb: signif: Ancharan: in c.° p.° de prescriptio-
nibus lib: 6. Jason in l. si certis ãnis col. fin:
vers: x.° limita. C. de Pactis, nec requiritur sci-
entia eius contra quem prescribitur in eiusmodi
vsu immemoriali Jason in l. Imperiũ n.°
ff. de Jurisdic: omn: Jud: cõmunem testatur Alexan:
dicto cons.° vj.° testatur pariter cõmunem igneus
precitato loco n.° 987. et Parisius in c.° de quarta
sub. n.° 29. de prescript: Didac: Couar: in regul:
possessor in 2.ª par: in initio n.° 8. Antonius
Padilla in l. si quas actiones. n.° 52. C. de serui-
tut: et aqua, quin et illud precipuũ est in eiusmodi
vsu, vt aduersus Priuilegiũ presumptũ ex vsu
temporis Immemorialis Probatio in contrariũ non
admittatur Id, quod pulchrè docet Felyn: in
c.° cũ, à nobis col. 3.ª de prescript: Ita vt si
Laycus probet possedisse Decimas tempore Im-
memoriali censeatur probatũ eas acquisiuisse ante
consiliũ lateranense Abb: in c.° cũ apostolica
n.° 12. de his, que fiunt à Prelatis Imola
et Felinus in c.° causã, que de prescript: n.° 4.°
Bal: de prescript: 5.ª par: princ: q. 7.ª Didac:
Couar: lib: p.° Variar: resolut: c.° 17.° n.° 5.° nec
mouere debet si dicatur hec procedere Data Ca-

pacitate vtentis seu possidentis, vt singulariter
dicit Jo: Monac: d. c.° 2°. de preben: quē sequū-
tur Abb: et Felyn: in c.° causā de prescript: et in c.° qnto
de consuetudine Nā illa limitatio non subsistit
vbi cū tali Immemoriali possessione concurrit
fama Priuilegij, tunc ne propter difficultatem
probandi rem tam antiquā pereat Jus partis
presumitur pro Priuilegio non obstante incapaci-
tate possidentis Ità docet Joānes de Imol: et Zabar:
in c. cū apostolica de his, quę fiunt, à, Prelatis
Dominicus in c.° 2°. §. Sane de Decimis lib: 6. Fely:
in c.° causā, quę Col. p.ª de prescript: Aufrer: in
tracta: de potest: seculari super Ecclesiasticis
personis regu: p.ª n.° 20. et regu: 2.ª n.° 25.
Carolus de Grassalvis in tracta: regal: Francię
lib: 2.° Jur: 17. fol: 302. Arnulf: Ruzeus
in tracta: Jur: Regal: priuilegio 55. in fin:
Amod: à pont: in quest: quis sit Judex in
causa feudali post. qq. Laudemiales fol: 69.
refert in causa Toletana Corā Dnō Fabio
Accorambono in Rota fuisse Decisū Laycum
esse capacē Jurisdict: Spiritual: presupposito
exercitio Immemorialis temporis, et fama priui-
legij id, quod videtur elici ex bulla Mar-
tini Gallis concessa, quę se fundat in vsu
et ex ea

et ex ea nihil Gallis, de novo tribuitur, sed quod usu sibi parauerant comprobatur, ut inquit Rebuf: in tit.° de causis benef: posses: art.° 8.° Glos: 2.ª

Ast hic cū fama Priuilegij concurrit scientia tot sūmorū Pontificū saltem presumpta, quia vulgatas et notorias consuetudines Papa scire presumitur ex sententia bal: in l. 2. C. que sit longa consuetudo, et in Rub: de consuet: rect: feud: et notatur in c.° p.° Glos: in verbo singulariter de Constitu: lib: 6. et tollerantia cū taciturnitate inducit consensū Innocent: in c.° Illud de presumptionibus Cardinal: in c.° requisisti de testibus Bal: et Angel: in l. si filius ff: de acquiren: hered: Addo q̄ tollerantia superioris Inducit dispensationē Abb: in c.° Clerici officia de vita et honestate Clericorū et in c.° à nobis de decimis Jo: de silua in tracta: de benef: 3.ª par: q. x.ª et sufficere tacitū consensū in specie nr̄a tradit Petrus belluca in speculo Principum in tit.° de propositis graua: Rub: xj.ª §. videndū fol: 39. Facit ad Id.m quod tradunt Oldrad: cons.° 253. et Abb: in c.° quia circa de consanguinitate et affinitate, et in c.° p.° de treuga et pace

Vbi dicunt esse regulā generalē q̄ consuetudo nota ei qui priuilegiare potest æquipollet priuilegio.

Nec his obstabit si quis dicat q̄ consuetudo nō potest dare laicis Jurisdictionē c. inolita xj.ª q. p.ª quoniā sicut Jurisdictio clericorū laico acquiri potest per Priuilegiū sūmi Pontificis vt Infrà subijciā, ità et Consuetudine cum hęc æquiparentur quoad vim, et effectū c. nouit de Judicijs Innocent: in c. cū in apostolica de simonia Nā consuetudo dat Priuilegiū c. quod quibusdā de Priuilegijs, et tribuit Jurisdictionē l. p.ª C. de Emancipationibus liberorū quibus rationibus, et alijs adiunctis Petrus Belluca proximè ~~pr~~ citato loco latissimè probat Reges Aragonū potuisse ex consuetudine querere Jurisdictionē in clericos, quē Rogo inspici pro tuitione huius tàm immemorialis consuetudinis. ex quibus facesse nō videtur dubitare de origine dictę Monarchię tùm ob preinsertū Vrbani Priuilegiū, tùm ob vetustissimā consuetudinē, qua tot Reges christianissimi vsi sunt Inde à Comite Rogerio vsq̄ ad pręsens qui semper apud se habuere Doctissimos, et Catholicos Consiliarios, qui etiā

eā Jurisdictionē exercuerunt, pro quo facit
tex: iuncto primo notabili Abbatis in c.
nisi essent prouidi viri de preben: vbi pro-
uidentia, et honestas disponentiū cessare
facit omnē labis suspitionē sic probitas et
honestas Regalis dignitatis eiusq; erga
Ecclesiā Dei deuotionis feruor omnē vsur-
pationis Jurisdictionis Ecclesiasticę suspi-
tionē tollit.

Sed in hoc originis capite illud prefari libet
sūmum pontificē potuisse, ac posse sine con-
silio Cardinaliū concedere huiusmodi priuilegiū
Rogerio ~~id~~ ex veriori, et cōmuniori Doctorū
sententia secundū quā sūmi Pontifices
soli absq; Cardinaliū consilio quęcūq; ardua
explicare possunt vniuersalem legem ne
condere super arduis statuere, Nec non et
prouidere, quę magis sibi suoq; statui vi-
derint expedire, adeo, vt si consuetudo aliqua
in contrariū appareret talis consuetudo nulla
existeret, et pro nulla haberetur ac reputa-
retur huius sententię fuit Glos: notabilis
in c. Anastasius in verbo concilio 19. di-
stin: et in c. fundamenta §. Decet nanq;
in verbo contingere de Election: lib. 6.

notabiliter Junto tex: ingens q quamuis dede
centia, seu vrbanitate, vel ex quadā lauda=
bili consuetudine cardinaliū consensus, siue consi=
liū in arduis p sūmum Pontificē exercendis, vel
prouidendis requiratur et quamuis sepe de consilio
Fratrū aliquid sūmum Pontificem fecisse reperi=
atur prout factum fuit, et fecisse dicitur
atq habetur in c.° vnico de scismaticis, et in
c. p.° de renuncia: lib: 6. et in c. super eo de
heret: eo: lib: nullatenus tamen ad predicta
faciendū, et tale consiliū petendum sūmus
Pontifex artatur aut obligatur, qua opinionē
esse tenuit Glos: cōmuniter approbata in c.°
ad apostolice in prin: de re Jud: lib: 6. et in extra=
uaganti exegrabilis Jo: xxij sub tit.° de
prebendis in verbo de ipsorū consilio, et vo=
lunt cōmuniter Docto: in Rub: vbi Andreas
Siculus Felij: Decius Ripa, et Andr: ab ex ea
hanc inquiunt esse cōmunem opinionē de constitu:
Hostien: Ant: de but: Panhorm: et cōmuniter alij
in c. ex gestis de cler: non resident quos om=
nes congerit Ferdinand: Lo hazes in alleg: pro
marchione de velez in prima dubitatione fol: 373.
n.° 7.° per totū, et in specie huius bullę Vrbani ex
nostris Siculis Don Antoninus de bononia senior
in quodā consilio super Monarchia manu scripto
quē refert Joseph Cumia in c. si aliquē in prelu=
dijs n.° 52.

Illud etiã tanq̃ precedenti affine sub hoc capite attingere nõ grauabor an potuerit sũmus Pontifex subijcere clericos huius Regni Regi Laico supposito q̃ esset merus laicus, vt non est, quia quatuor Reges vnguntur scilicet hierosolimitanus francorũ anglorũ et siculorũ, vt habetur in libro Censuali Romanę Ecclesię secũdũ Albericũ de rosata super Glos: rubr: ff. de statu hominũ Cassaneũ in cathalogo Glor: mund: v.ª part: considerat: 31. vers.º et aduerte fol: 128.

In hac questione nõ nulli existimauerunt Papam nõ posse clericos Regi Laijco subijcere ea ratione quod cũ priuilegiũ clericorũ, quo ad forũ sit de Jure diuino secundũ cõmunẽ opinionẽ relatã ab Alciato in c.º cũ nõ ab homine. n.º 2.º de Jud: Didac: Couar: lib: pract: quest: c.º 31. n.º p.º vbi refert Idem testari felin: in c.º 2.º col. p.ª de maioritat: et obedient: Rocch: de Consue: fol: 51. Petrus rebuf: in concordatis francię in rubr: de protect: Concorda: franc: quã etiã receptiorẽ recenset post alios Ferd.º Vasq: in tracta: de successionib: Creat: lib: 3.º §. 22. n.º 59. fol: 34. Julius clarus in pract: Crimi: q. 36. in princ: videtur tolli nõ posse per sũmum Pontificẽ, Nec Clericos subijci laycorũ Juridictioni c.º statutũ in princ:

de rescript: lib: 6. cū his quę ibi tradit Glos:
et Abb: c.° 2. de maioritat: et obedient: Jo:
Rosius in l. nō est receptū. n.° 12. de Juris-
dict: omni: Jud: Nec valet consuetudo,
ut clerici in criminalibus Corā laico conueniātur,
ut cōmunē sententiā refert Didac: Couar:
prope citato loco.

Sed hęc opinio nō est expers multe controuer-
się Glos: enim in c.° 2.° de Judicijs, et in c.° bene
quidem vers.° preter 36. distin: constanter
tenet Papā posse cōmittere vero laico
Causas spirituales, et ecclesiasticas etiam
Criminales Clericorū, quā Glosā totus mū-
dus sequitur, ut Ait Augustinus q. 7.
quē refert et sequitur Julius Clarus in
pract: Crim: quest: 41. vers.° sed quid
dicendū Idem voluit Glos: in c.° p.° in
verbo precipimus 94. distin: et in verbo Du-
cibus, quā Docto: cōmuniter sequuntur,
ubi dicit Papā concedere posse laico po-
testatē excōmunicandi propter plenitudinē
potestatis, quā Papa in spiritualibus, et Eccle-

siasticis causis habet cui simile censuit Glos: in
c.° causa de prescriptionibus affirmans Papa posse
concedere Laico Jurisdecimandi et decimas possi-
dendi, quod quidem in spuale esse nemo am-
bigit ex comuni sententia de qua nouissime
per Gugliel: Rodea in tracta: de rebus
Ecclesie no alienan: quest: viij.ª de decimarum
infeudat: in fin: post Petrum rebuf: in tracta:
de decimis. q. 13. n.° 110. Didac: Couar: libr. p.°
variarum resolut: C.° 16. refert Petrus
belluca in specul: prin: in rubr: de decimis
n.° 24. Papa dedisse Regibus hispaniarum
et Aragonum decimas illarum terrarum, quas
e manibus saracenorum euellerent eamque do-
nationem valere affirmat per ea, que
tradunt Doctores. C.° 2.° de maiorit: et
obedient: et Layco cui pra potest Papa dare
potestatem conferendi beneficia Glos: in c.° im-
perium x.ª distin: in fin: et in c. in suma
15. quest: 7. Jo: Andree ad speculum de
legato §. nunc tractemus vers.° sed nunquid
legatus. Innocen: Jo: And: Anto: Abb: Anan:
Anchar: et Dominicus in c.° 2.° de preben:

in 6. potest Item Papa cōmittere laico excōmu-
nicationē, ut ait Glos: in c.° preter hoc in §.
verū in verbo ducibus 32. distin: Idem
tradit Jo: And: in c.° 2.° de preben: in 6. in
sua Glos: in verbo laico cū ceteris traditis
per paulū Burgas: in tracta: de regularitate
part: 6. regul: 7.ª fol: 350. Dixit etiā
Abb: in c. dilecti Col: 2.ª de Arbitris, q
Papa potest etiā feminę laicę causas
spirituales cōmittere Ex quibus patet
veriorē, et receptiorem sententiā esse
q Papa potest cōmittere Judicibus aut
principibus laicis causas clericorū eo q
Judicabunt nō ex propria et laica Jurisdict:
sed ex Jurisdictōe Ecclesię eis deman-
data ut ex cōmuni opinione resoluit Jaso:
in Rubr: de officio eius, et in dicta l. est recep-
tū Col: 2.ª et Fely: in dicto c.° 2.° n.° 3.°
de maioritate, et obedientia, quā Cōmu-
nē esse testatur Ferd: Vasq: in tracta:
de succ.ōne clericorū lib: 3.° §. 22. n.° 60.
ubi et alios refert quibus addo Aufre-

rium in repet: clem: p.ª in 4.ª quest: princ: de offº ordinarij fol: 87.

Sed et si altera Illa opinio vera esset illa procederet quando sumus Pontifex vellet omnes clericos prorsus ex toto subijcere secularium Jurisdictioni, secus in particulari quoad quosdam vnius Regni, vel Prouincie Ita Cardinal: Zabarel: in repet: cap.li perpendimus Col. 7. vers. oppono ad eandem lecturam. nº. de senten: excomun: quem sequitur Felij: in c. 2. col. p.ª et c. fin: in fin: de maior: et obed: Aufrer: in tract: de potest: secular: super Eccles: person: in p.ª Regul: in prin: Montaluus in l. 25. tit. 9. par: p.ª in Glos: magna vers. ex quibus Joannes Quintinus in Aristocratia Christianę Ciuitatis fol. 168. in prin: Petrus Rebuff: in concordatis franc: in Rub: de protectione Concordatorum Francię Regibus concessa in prin: et nouissime Alfonsus Aluares in Speculo sumorum Pontificum c. 36. in prin: Paulus Borgasius in tracta: de Irregularitate et dispensa: par: 3.ª conclus: p.ª nº. 20. et par: 6. Regul: 7. nº. 3. mouentur per tex:

in c.° mena. 2. q. 5. vbi causa spiritualis fuit commissa Francorum Regine, et per cap.^um Illud. x. q. 3. vbi quidam Ill.^s siculus satisante huiusmodi Vrbani Priuilegium in hac prouintia Sicilie potestatem habuit, à Pelagio Papa in Episcopos clerum vexationibus opprimentes, quod legis caput ad secularem principem scriptum Glos: interpretatur in c.° clericum nullus xj. q. 1. et dicit Greg: Lopes in l. 13. tit.° 13. par: 2. in Glos: magna non esse dubium causas spirituales laico de voluntate Summi Pontificis posse delegari per Glos: in c. p.° 94. distin: et in c. clericus nullus 11. q. 1. et in c. plures 16. q. 1. et tradit Abb: in c.° Decerninus de Jud: qui etiam in c. dilecti de Arbitris dicit quod etiam femine possit per Papam causa spiritualis delegari, et cum causa saltem posset vniuersaliter principi laico dare potestatem Judicandi inter clericos secundum eundem Abb: in c. proposuit col. 3. de concessio: prebende

Licet non valeat consuetudo per quam generaliter Clerici in criminibus subijciantur Judicibus laicis, tamen particularis consuetudo quod in aliquibus casibus, vel causis aliqui Clerici possint à Judice seculari puniri valet Ita pulchre tradit Julius Clarus in pract: Criminali. q. 36.

vers.° Sed ea retenta, vbi testatur in pluribus
Locis ità seruari si igitur valet consuetudo, et
hoc potest Sumus Pontifex per delegationem
particularem facere nihil absurdi videri potest,
q per viam Priuilegij potuerit hoc efficere in vno
Regno, et Prouincia per ea, quę supra dicta sunt
Jo: bap.ta Ferrettus cons.° 297. n.° 8. refert
Paulum Tertiū Pontificem maximū ano Dni. 1542.
ad Instantiam Oratoris Illustrissimę Ciuitatis
Venetiarū concessisse Priuilegiū q Judices se-
culares Ciuitatis Venetiarū possint punire cle-
ricos seculares, vel regulares etiā in sacris ordini-
bus constitutos pro criminibus grauibus, et atrocibus,
quod prius apud venetos vsu recipiebatur, vt sen-
tit hieronymus Alba Cardinal amplissimus cons.°
13. n.° 7. et 8. Et hieronymus Gigas in tract: de
Crimine lesę Maiestatis sub rub: quis de crimi:
lesę M.tis cognoscere possit. n.° 20. attestatur
se vidisse pluries, et legisse Priuilegia Ill.morū
Dnorum Venetorū, vt atrocibus possint procedere
contra quoscūq Clericos, et similia Priuilegia
habēt et alij Principes, vt de Rege gallorū
Refert Aufrer: in repet: clem: p.e de off: ord:
in p.a Regul: in 3.a fallent: et Guliel: bened:
in c. Raynutius de testa: in verbo, et vxorem
nomine Adelasiam d. c. 2. n.° 47. vers.° pariter

Cognitio Criminū, et mansuet in sua pract: in c.° de Judi: §. Item sciendū, et de prędicta bulla s.mi Papę Pauli tertij emanata āno 1542. meminit Tiberius Decianus cons.° 82. n.° 8. vers.° non obstat lib. 2.

Deputatio Eccles.ca personę

Quę omnia absq; aliqua difficultate, et dubio procedunt, quando Laycus eligit personā Ecclesiasticā, quę de causis spiritualibus, et Ecclesiasticis cognoscat, prout quotidie facit Prorex, quia tunc Laycus videtur Deputatus ad nudum Ministeriū spirituale exequendū, quod de Jure Layco cōmitti posse nō dubitatur c. 1. de procur: lib. 6. et tradit in term: Berous d. q. 7. n.° 7. et 8. Ideoq; rectissimè hodie eliguntur personę Ecclesiasticę per Proreges, licèt Laycos, qui in causis Ecclesiasticis Judicent cū cons.° magnę Regię Curię, vel alterius Doctoris

An transierit ad Hæredes

Tractari etiā potest hoc in loco pulchra quęstio an huiusmodi concessio ad omnes hęredes, et successores transierit in qua licèt quęlibet dispositio de primo actu sit intelligenda l. Boues §. hoc sermone ff. de verbo: significa: Alex: et Jas: in l. Diuortio §. ob donationes ff. solut: mat: latissimè Tiraq: in d. §. hoc sermone, et Ideo

Priuilegiū tibi, et heredi tuo concessū solū de p̄mo
herede intelligitur Bar: in l. p.ª Col. 2.ª de Con-
stitu: per l. antiquitas C. de vsu fruc:, et alij,
quos refert, et sequitur Joānes Lupus de Palatijs
rubeis in Rub: et Donat: inter virū et vxorē
§. 69. n.º 19. Et quia materia nō est transito-
ria ad heredes per l. antiquitas C. de vsufruct:
et videtur electa Industria personę per
Illa verba In bulla Ibi de tuę probitatis sin-
ceritate plurimū confidentes, et Ibi per vrām
industriā legati vice cohiberi volumus, et
industrialia nō transeunt ad heredes, vt
probat post alios Roland: à valle cons.º 23.
n.º 16. et 17. lib. p.º Tū etiā quia concessio vi-
detur personalis Comite Rogerio, et Simoni eius
filio seu alteri heredi, vt de concessione leo-
nis Regi francorū pro subditis Dominij Medio-
lani nō extrahendis ad Curiā Romanā tra-
dit Bossius in tit.º de principe, et Priuilegijs
eius. n.º 344.

Contrariū tamen omnino dicendū est, quia
regulariter heres heredis comprehenditur
appellatione heredis, vt Palam docet
Lex sciendū ff. de verbo: significa: his verbis

sciendū est heredem etiā per multas successiones accipi: Nā paucis speciebus heredis appellatio proximū continet, ac mox subiungit harū speci-erū non nulla exempla quę sanè speciei nostræ accōmodari non possunt eadem Regula etiā traditur in l. heredis appellatio ff. de verbo: significa: cuius verba sunt heredis appellatio non solum ad proximū heredem, sed etiā ad vlterio-res heredes refertur: Nam heredis heres, et de inceps heredis appellatione continetur, et dicit tex: in l. heredis appellatione eo: tit.° heredis appellatione omnes significari successores Credendū est, et si verbis nō sint expressi ad Idem tex: in l. qui per successionē ff. de regu: Jur: vbi appellatione heredis omnes in infinitū idest non solū primos, sed etiā vlteriores et per multas successiones accipi ait.

Et hæc Regula in materia transmissibili appel-latione heredis comprehendit omnes vlteriores secundū Bar:, et alios in l. gallus §. etiam si parente col. 2. vers.° quero de liber: et po-sthu: et ibi etiā Cæteri Alex: cons.° 9. col. 2.ª lib: et cū alijs per Jas: relatis in l. in annalibus C. de legat: et in l. si quis filiū §. fin: ff. de acquiren: heredit: Curtius Jun:

cons.° 55. n.° 12. Cassa: cons.° xj. sub n.° 59. 60. ;

Et procedit etiã in his, quę sunt stricti Juris, vt ostendit Aret: et etiã alij in l. pater familias ff. de vulg: et pupill: et latè probat Tiraq: in tract: de retract: conuenct: §. 1. Glos: 6. n.° 22.

Quinimò, et hęres hęredis proprie hęres etiã dicitur in ea dispositione, quę strictam habet interpretationẽ, sicuti in condictionibus, quę et ipsę stricti Juris sunt, et in forma specifica ad impleri debẽt, vt latè probat Tiraq: in tract: le mort saisit le uif: in 5.ª Declarat: ij.ᵉ par: n.° 11.

Et hoc procedit etiã ex propria significatione verè, et proprie, nõ autem fictè, et improprie vt constat ex dictis Glo: in d. l. hęredis appell: de verbo: signifi: Bal. in d. l. fin: C. de hęred: Institu: Jas: in d. l. si quis filium §. fin: col. 2. de acquiren: hęred: et in l. pater familias de vulg: et pupill: Hubert: Zuccard: in repet: l. fin: n.° 192. C. de edic: diui Adri: Tollen: et per Alciat: in d. l. hęredis appellatio: et cons.° 600. n.° 3.° impręssionis lugdunensis Menochius cons.° 89. n.° 128. et latissimè disputat, et ita concludit Bellonus

supputationū lib: 4. c. 16. n.º 4. et 5. quod inquit procedere in materia stricta pœnali; condictionali de dando hęredi consuetudinis, ac renunciationis, vt latè per eū, et Menochiū in d. cons.º 89. n.º 130. et 131. et hāc esse cōmunem opinionē nouissimè testatur Joannes Cefalus cons.º 499. n.º 21. lib: 4.

Vnde Inuestitus prose, et hęredibus censetur inuestitus etiam hęres hęredis, et successor successoris Jas: in l. 2. n.º 121. vers.º 15. C. de Jure Emphitheo: et in l. sed, et si possessori §. Item si Jurauero in prin: ff. de Jur: Juran: Crot: in l. 4. §. Cato. n.º 96. in p.ª Lectu: ff. de verbo: oblig: Paris cons.º 4.º n.º 13. lib. p.º et in successore generaliter tradit Jas: in l. quędā §. nihil in princ: vers.º secundo notabi: ff. de edend: & diffusè Decius in l. qui per successionē de regu: Jur: ;

Et in prohibitione Alienationis facta hęredi, vt censeatur facta etiā hęredis hęredi Bar:, et Cæteri in l. Filiusfamilias §. Diui de lega: p.º et in l. Lucius §. Sempronio de leg: 3. Socci: cons.º 116. col. 3.ª circà prin. lib. 3. Ruyn: cons.º 124. n.º 1. lib: 2. Deci: cons.º 377. n.º 5.º Bellon:

vbi supra

vbi supra lib: 4. c. 16. et q̃ plures citat Duennas reg: 39. in prin: et Tiraq: in d. Tra: de retra: Conuen: §. 1. Glos: 6. n°. 24. late Riminal: Ju: cons°. 20. n°. 6.

Et in herede vniuersali, qui sit substitutus alicui si decesserit sine liberis q̃ heres quoq̃ heredis censeatur substitutus dũ modo testator non dixerit suprascriptũ, vel Infrascriptũ tradit Joãnes de let: Durã: de arte testan: tit°. 5. Caut: 24. post Oldrad: cons°. 21. et alios per eũ relatos in prin: Attingit Menochius d. Con: 89. n°. 134. lib: p°.

His accedit Illa recepta ab omnibus sententia quòd Illud remediũ atq̃ beneficiũ possessoriũ concessũ à l. fi: C. de edict: diui Adria: tollen: quo heres scriptus in testamento mittitur in possessionem bonorũ, que possidebat testator tempore mortis sue conceditur, et heredi heredis scripti, cũ et ipse proprie heres sit, et scriptus Legis dispositione, Ita scribunt omnes in d. l. fin: C. de edict: diui Adri: toll: vbi Bar: n°. 11. Bal: n°. 35. Vber: Zuccar: n°. 236. Menochius in tract: de adipiscen: possess: remed: 4. q. 30. n°. 236. et in cons°. 89. n°. 132. lib. p°.

Et hac in specie sine dubio Regula hæc est admittenda ex verbis bullæ ibi, (sicut verbis promisimus, ita literarũ auctoritate firmamus) Nam certũ est omnes obligationes et pacta, et promissiones regulariter pro se, et hæredibus fieri et in hæredes transire etiã si de eis mentio facta non fuerit l. si pactũ ff. de proba: l. Veteris C. de contrahen: et cõmitten: stipul: ;

Secundo quia huiusmodi concessio legationis fuit ob benemerita Magni Rogerij vnde latè est interpretanda, at nouissimè post multos tradit Tiberius Decianus cons. 51. n.º 27. lib: 3. et de omnibus hæredibus intelligenda est, vt gratia meritis correspondeat; sicut dicimus q̃ licèt Priuilegia, quæ suaptè natura solent esse personalia, vt no: in l. Priuilegia, et in l. in omnibus causis de reg: Jur: et in c.º Priuilegiũ eo: tit.º lib: 6. et quæ Itẽ aliâs strictè sunt interpretanda Bar: in l. fin: col. 2. ff. de constitu: prin: Panhorm: in c.º olim de verbo: signifi: tamen si fuerint concessa alicui ob benemerita transeunt ad hæredes Fulgo: cons.º 225. per totũ, quẽ sequun-

tur Cagnol: in l. in omnibus. n°. 4. de reg: Jur:
Nicolaus Moronus in tracta: de fide Treug: et pac:
q. 63. et si causa remunerationis requirit cõmen-
surationẽ perpetuã tunc talis causa facit, vt ad
heredes transmittatur. Nicolaus de matazel: et
Bal: in l. generaliter. C de Epis: et cler: pa:
deca: in l. si mihi, et tibi ff: de leg: p°. Socc: cons°.
84. lib: 3°. et Bal: in c. p°. 5. fin: de his qui feud:
dare possunt, et notat ex illo tex: q propter
magnitudinẽ seruitij inducitur perpetuitas Be-
neficij allegat tex: in l. Aquilius Regulus, et
l. si pater de Donat: et Bal: sequitur Grego:
Lopes in l. 4. tit°. 27. in Glos: in verbo, et
Cosque dell vimessen par: 2. et nouissime li-
centiatus Melchior amerez in tract: maiora-
tus 4. par: q. p°. limit: 3. in fin: et videtur
naturali aequitati conuenens, vt hoc casu
perpetua retributio fiat benemerenti, saltem
vt alij exemplo perpetuæ gratiæ maiora
aggrediantur, quæ in Reipublicæ cõmodum
cedere possunt. Nã scimus Romanos, et anti-
quiores magna præmia benemerentibus statuisse,
vt alij egregiorũ factorũ emulatione amins-
siores redderentur: causa etenim est suffi-
ciens, vt contractus, qui aliàs de natura
ns transit, ad heredes transeat. Nicol: de Neap:

Jo: de belui:, et Aluar: in c. 1. in prin: qui feud: dar:
poss: et Cardinal: in c°. ex parte. q. 3. extra
de feudis, vbi licet feudu non transeat ad
filias feminas tamen fallit quando est con-
cessu ex causa remunerationis, vnde dicitur
etia q; si fuerit concessu Priuilegiu cuipiam,
et eius filijs ob ipsius merita, haud dubie in-
telligitur de nepotibus, vt singulariter voluit
Bal: cons. 303. ad euidentia premittendu est
quod appellatione col: 2. lib: 2. Prag: in
repet. l. si vniq; in verbo donatione largitus
n. 55. vers. 35. de reuocand: Donat: et dicit
Bal: in cons. 355. premittendu est lib: p°. quod
Immunitas concessa propter amore, et honore
paternu transire debet ad filios, quia conse-
tur data ob gloria, et memoria patris.

Tertio, quia Verba bulle, sunt concepta nega-
tiue, vt patet ibi, nullu in terra potestatis
vestre preter voluntate, aut consiliu vestru
legatum Romane Ecclesie statuemus; que ver-
ba prohibitiua, siue negatiua, no solu de primo
actu, sed et in infinitu intelliguntur per
multa Jura, et Decisiones, quas ad hoc conge-
rit Ferdinandus Vasquius lib: p°. controuer:
Illustr: vsufrequ: c. 30. n. 15. et 16.

quarto, quia à dicto tempore concessionis Bullæ hucusq; ità semper fuit obseruatu, vt intelligatur de omnibus hæredibus perpetuis, et in infinitu, quæ obseruantia subsequuta declarat, atq; interpretatur mentē Sūmi Pontificis rescribentis, vel statuentis. c. cū dilectis, vbi Butrius, et alij de consuet: Jacob: Menochius cons. 192. n. 12. lib. 2. et est bonus text: in c. cū venissent de Institu: vbi concessio præsumitur Realis, quia vt Realis fuerat obseruata, et possessa secundū Butr: et Imol: ibi sequitur Natta cons. 406. n. 28. Hyppol: Riminal: cons. 213. n. 37. lib. 2. ad Idem tex: in l. 4. tit. 33. par. 7. vbi antiqua consuetudo certo modo intelligens verba Priuilegij, dubia eius declarat, quæ obseruantia præsumitur ex causa, et titulo illius Priuilegij l. quēdā Mulier ff. de reiuend: et præfertur omni alia Interpretationi Bar: in Rep: l. de quibus col. 4. ff. de legi: l. minimè, et l. si de interpretatione ff. de legi: præfertur etiā cōmuni opi: et interpretationi Socc: cons. 120. col. pen: in fin: lib. 4. præfertur etiam veritati, quia si talis interpretatio appareat falsa tamen ei standū est Abb: in d. c. cū dilectus col. 3. n. 7. de consu: Socci: cons. 145. col. 2. in p. pulchrè Tiberius Decianus qui hoc amplissimè comprobat cons. 124. n. 27. cū pluribus sequen: lib. 3. et tollit omne dubi-

tatione Cravet: cons.° 10. n.° 9. cons.° 101. n.° 3. cons.° 201.
n.° 11. cons.° 277. col. 4. in fin: hyppol: Riminal:
Ju: con: 18. n.° 49. lib. p.° Franc.° Betius cons.° 101. ma-
xime quando est Antiquissima Menochius cons.°
21. n.° 15. cons.° 31. n.° 44. lib. p.° cons.° 156. n.° 28.
cons.° 192. n.° 12. lib. 2.° licet ad inducendu consue-
tudine interpretativa lapsus Decenij sufficiat
vt ex multis nouissime tradit Ludo: Molina in
tracta: de hyspan: primogen: lib. 2.° c.° 6. n.° 58.

Addo huiusmodi observantia legationis in omni-
bus heredibus et successoribus fuisse subsequuta
cu scientia, et tollerantia sumi Pontificis,
scientia enim, et patientia eius, qui scit et pa-
titur ita observari longo tempore declaratione
inducit l. cu post ff. de Jur: do. l. si filius c.
de petit: hered: Roma: cons.° 271. col. 2.a vers.°
secundu dubiu Grego: lopes in l. 13. tit.° 13.
par: 2. Franc: Betius cons.° 6. n.° 15.

Et consuetudo Jurisdictione dare potest per tex:
expressu in c.° Duo simul de offic: ordina: et
c.° cu contingat cu Glos: cu alias s. similes
citat ibi Fely: de foro compe: et c.° conquestus
9. q. 3. in quibus omnibus Illud amotant Docto:
et concessa interpretan per tex: in d. c.° dilectus

de consuet: et dixit magistraliter Bal: de his, qui feud: dar: possunt in prin: consuetudo habet vim Decreti, et tenaciter obseruata habet vim Justitiæ dat Jurisdictionē, et mandatū, sequitur Grego: lopes in precitato loco.

Ex quibus apparet prorsus esse sublata ea, quæ in contrariū adducta sunt, sed vt magis veritas elucescat ad omnia Argumenta sigillatim, et distinctè respondebimus Et p.º q. regula l. Boues §. hoc sermone ff. de verbo: signific: videlicèt verba promittentis, aut concedētis non comprehendere nisi primū actū; ex qua desumitur q. Priuilegiū concessū tibi, et hæredi intelligitur de primo hærede procedit in priuilegio contra Jus cōmune, vt declarat Tiraq: in tract: le mort saisit le uif: in 5. declaratione 2.ª par: n.º 6. huiusmodi autē priuilegiū legationis non est contra Jus cōmune quia legati nati de Jure sunt perpetui, et officiū transit cū dignitate Regia, quæ perpetua est c. quoniā Abb: de offic: delegat: vnde Archiepiscopus Canturiensis, et Eboracensis in anglia remensis in francia, et Archiepiscopus Pisanus in Italia cū primū Archiepiscopi facti sunt, etiā legati esse dicuntur, vt notatur per-

Docto: maximè Franc: in c.° p.° de offic: legat: et in
Regno Franciæ extant conuentiones, quas ap-
pellant concordata inter Regem Franc.us valesiu
et Leonem x.us Pontificem max: quæ comentan-
tur à Petro Rebuff: Doctore Juris, et praxis
callentissimo. Cum ergò in Ecclesia Cath.a
fuerint, et sint multi legati nati, qui ha-
bent Jurisdictionem perpetuam per tex: in c.° p.°
et 2.° de offic: legat: lib. 6. et tradit Glos:
in c.° quo ad translationem de offic: legat: et na-
tura legationis in huiusmodi legatis natis, est
transitoria ad habentes illam dignitatem
et non finitur morte legati, vt notatur
in c.° presenti §. finitur de offic: legat: lib.
6. et tenet Gondissalvus, à Villadego in tract:
de legat. q. 16. n.° 11. Ideoq; concessio, et Primi-
legium intelligi debet secundum naturam ma-
teriæ super qua fit arg: l. in contractibus
§. fin: C. de non numera: pec: l. si vno off: locati
et per consequens q. transeat ad heredes, et
successores habentes Regiam dignitatem. Secundo
Regula illa intelligenda esse, quando dis-
positio est nimis onerosa, aut odiosa,
vt dixit Martinus Navarrus in c.° placuit
n.° 68. de pœnit: distin: 6. et in Apologia de ered:

tibus. q. 3. monit: 9. n.º 3. cuius qualitatis non est
priuilegiũ hoc legationis. 3.º q. Illa Regula nõ
habet locũ quando per primũ actũ intentioni
concedentis, vel promittentis minimè satisfit
vt pulchrè annotauit Felij: in c.º sicut, et de
Treug: et pac: in 5.ª fallen: et tradit Tiraq:
in d. §. hoc sermone limit: 61. sed satis presu-
mendũ est Vrbanũ Pontificẽ max: grandia
seruitia noluisse recompensare cũ priuilegio
temporaneo, de quo statim fama fuisset pror-
sus extinta. 4.º q. dicta Regula nõ habet
locũ quando causa, et ratio quibus est concessũ
Priuilegiũ durat post primũ actũ secundum
Lud: Roma: cons.º 504. Felij: vbi supra fallen:
4.ª et Tiracq: limi: 10. que in nostro casu du-
rant quandoquidem causa, et ratio concessio-
nis legationis, fuit ne regnicolę extraherẽ-
tur à Regno, et cogerentur transmare liti-
gare maximis sumptibus, periculis, et labo-
ribus in omni lite, et causa, etiã modicę
sumę, quod hodie eueniret in omni prorsus
negotio, etiam minimo ob proteruã siculorũ
obstinationẽ in dilatando, et calũnias propo-
nendo ad Impediendas rerũ restitutiones
quinto q. Illa Regula locũ nõ habet, quando

contrariū æquitàs suadet, vt ait Saly: in l. Dotis prouisio ff: de Jure Do: quę in hoc casu euidens est, attenta concedentis persona, et fine propter quę fuit concessa legationis potestàs, et natura actus concessi. ;

Nec censetur electa industria personę cùm in concessione fiat mentio hęredū. Nam qualis condictionis debeat esse futurus hęres ignoratur, vt notabiliter dixit Cyn: in l. quisquis C. de Epis: et Cler: vbi ait q̄ in quacūq̄ concessione, vbi fit mentio de hęrede, ibi nunq̄ censetur Electa industria personę, et Cyn: sequitur Ibi Bal: ;

Nec concessio ista Vrbani fuit personalis prout illa per leonē. x.us concessa Regi francorū, de qua per Bossiū in pręcitato loco. Nā concessio leonis fuit ex eo solū, quòd esset Rex Francię, et In fine Indulti expressis verbis dicebatur, vt duraret tempore quo existet ipse Franciscus Rex Francię, et dux Mediolani, et sic tempore, quo permanebit Ipse Rex Dux Mediolani, quę longè distāt à pręsenti concessione Vrbani. ;

Quinimò in dubio priuilegiũ presumitur reale non personale secundũ Glos: in sũma. 25. q. 2. cui similis est alia iunto tex: in l. forma §. quãqz ff. de censib: et notat post alios Tiraq: in tract: de primogen: q. 40. n.º 72. fol. 282. Idem tenet Bar: in l. fin: ff. de seruitu: legat: Bal: in l. apud Julianũ §. si quis alicui ff. de leg: p.º Imola, et Mod: in l. quia tale ff. sol: mat: latè Decius cons.º 51. n.º 2. Alex: et Apostilla ad eũ, qui allegat concordantes cons.º 193. n.º 3. lib: 2.º et probatur ex Doctrina Bar: in l. pater in fin: ff. de seruitu: lega: vbi si princeps concedit alicui Jurisdictionem in aliquo Castro, in dubio talis concessio presumitur realis, et transit ad heredes, quia talis interpretatio est fauorabilior, et Ideo capienda in beneficijs Principũ l. fi: ff. de constitu: Prin: vbi Bar: Idem tenet, et per specul: in tit: de Instru: edictio: §. nunc autẽ vers.º si autẽ dubiũ, et cũ Bar: transeũt Moder: in d. l. l. fi: Jo: de Imol:, et Alex: in l. quia tale ff. sol: mat: Jas: in d. l. apud Julianũ §. si quis alicui de leg: p.º et Ideo Infert Bal: cons.º 98. queritur lib: 3. q. Immunitàs concessa alicui, et eius Filijs extenditur per fauorabilẽ inter-

Siluanus Con: 65. n.º 14
Natta Con: 649. n.º 18. lib 4

pretatione, vt comprehendat vlteriores,
et omnes descendentes.

De causa concessionis Priuilegij Monarchie
deq; eius vi et potestate
~~De causis concessionis Monarchie~~

Caput 3. ~~Cap. iij.~~

Prima maximaq; causa concessionis eiusmodi bulle
p Vrbanum Pontificem Comiti Rogerio misse fue-
runt plurima Rogerij erga sedem aplicam
insigna merita et sedi Apostolice et vniuerse
reipublice Christiane gratissima. Rogerius
etenim cu Sicilia à mauris ac saracenis esset
occupata ano salutis dni 1078. eam à sara-
cenis vendicauit, et in Christiana ditione re-
degit. Idem postea ano 1090. de insula meli-
ueti effecit quod ~~testatur~~ memorat Fasellus
lib. 5. de rebus siculis. c. 5. post tanta vero
victoria Vrbanus secundus Pontifex mu-
nificentissimus videns Ecclesia Dei p Rogerii
plurima dilatata multisq; modis Rogerius
sedi apostolice deuotus se exhibuisset
Cum Rogerius Capua recepta Salernum
se contulisset Pontifex ipse consulto Sa-
lernum venit deq; tanta vic toria con
gratulatorius ad Rogerij hospitium accessit
vbi diu eius colloquio vtus cu maxima
vtiusq; delectatione multa de fide pro-

paganda tractauit. Verumqa dudum Urbanus Robertum Episcopum Troynensem legatum in Sicilia in consulto Rogerio instituerat ad exequendum Romanae Ecclesiae Jura Rogerio Id egre ferente promisit eum reuocare et Rogerium in Regno legatum constituere aliumque non missurum ~~ex Inde~~ preter voluntatem et consensum Rogerij et suorum. post hec quod verbis promisit scriptis ad impleuit vt ex ipso Urbani dipplomate constat.

Hinc fit vt licet legatio ad nutum libitumque Pontificis possit quandocumque reuocari quod notatur in c. Onti de offic. leg. in v. et tradit Berous in c. qm. Abb. n. 103. de offic. lega. et in summo Pontifice sit pro ratione voluntas liberumque arbitrium in beneficialibus vt docet Decius in c. quae in Eccl. n. 26. de constitu. tamen quia huiusmodi Priuilegium fuit concessum in remuneratione tot laborum tantorumque meritorum Rogerij. quod ipse tenor bullae docet ibi quia probitas tua in Saracenorum finibus Ecclesiam Dei plurimum dilatauit sanctaeque

Sedi Apostolicę deuotū se multis modis semper
exhibuit, quę Verba sunt per modū rationis
in initio bullę apposita, ex quibus constat
de causa finali ac de meritis quorū etiam
alibi Idem Vrbanus in bulla Episcopatus
Agrigenti die vj° Octobris año 1089. Fidē
facit in hęc vba ~~ut~~ Nostris temporibus
Gloriosissimorū Principū Roberti Ducis
et Rogerij Comitis fortitudine supernę
~~Miserationis Dignatio~~ dignationis Miseratio
omnē saracenorū Violentiā in Sicilię In-
sula expugnauit et antiquū Ecclesię sta-
tū pro voluntatis suę beneplacito repara-
uit vnde et Ipsius Inneffali misericor-
dię gratias agimus, et Ipsius gratiā super
Illos egregios fratres alterū Iam defuntū
alterū ipsa perseuerante superstitem
imploramus, Ideoq; cū Iure prohibitū
non sit legatū perpetuū Constituere
quod supra dixi de meritis statur asser-
tioni sūmi Pontificis, vt eleganter contra
Socci: Consuluit Decius Cons.° 20. et In eadem
Specie Iason cons.° 154. lib: 2.° quod sequitur
Ripa in l. si vnq; 115. C. de reuocan: Donat:

ibique Tiraq: in uerbo donatione lar:
gitus n.º 94. §.º uerũ Jas: que assertio
confirmatur ex annalibus Siculis in
quibus non minora gesta Rogerij in
fauorem fidei, et Ecclesie Dei leguntur
quibus credi debere docet Glos: in c.º
uenerabile §.º transtulit de Electio:
ne et in c.º inter dilectos in uerbo ma:
gis de fide Instrumentorum Bal: in
l. p.ª per illum tex: de off.º questo:
ris Alex: Jas: et Decius in l. p.ª ff.
si cert: pet: ÷

Hinc consequens fit summum pon:
tificem quibus cumq3 in rescriptis
nolle, ac nõ debere, illi Priuilegio p
urbanum Rogerio Concesso ex Causa
remunerationis derogare, dixi nolle
tũ quia summus Pontifex: p Regul:
Cancella: sub: rub: de non tollen: Jure
quesito p quam cumq3 commissionẽ
constituit nulla concessionẽ à se, ema:
nente Juri Interius quesito derogare et
si clausulas contineret quibus quan:
doque Jus tertij tollit ueluti clausulas

motu proprio ex certa scientia uelsi:
milem Pij enim Pastoris nõ esset ut
Ibi ait iniustas emittere concessiones
quod sequitur Guido Panciarolus cons. 12.
nº. 15. et 16. tum quia priuilegia pro:
pter merita concessa numq̃ indubio
censetur reuocata Mohed: decis: 350.
concessum fuit Priuilegium franc:
Bur: cons.º 16. nº. 57. id que obtinet
Licet in reuocationibus adessent uerba
generalia, et geminata, Quintili
Mandos in Regu: Cancel: xj de reuoca:
9. 13. nº. 6. quem sequitur Burs: d.
cº. 16. nº. 57. quibus addo Bertran:
cons.º 154. col: pª. et ijª. nº. 7. et viij.º
Lib: 3. quia at non sufficere clausulam nõ
obñtibus Priuilegijs quem sequitur nicolaus
intract: de fide treug: et pac: par: pª. 9. 63.
tradit in specie Roman: cons.º 436. nº. 14. q̃
sequitur liber Decian: cons.º 51. nº. 28. lib: 3º.
Quibus suffragantur que doctissimus Nauar:
in suo manuali confessorũ Rome in latinum ps.º
Cap: 27. Literis tradidit de bulla Cœne Dñi loquens
nº. 7. ubi ait secundo tollit priuilegia data etiã
Regibus ~~et q~~ Dubitari posset de Judicibus Galliarũ
qui Judicat clericos pro portu siue dilatione armorũ
et alijs casibus quos vocant

vocant Priuilegiatos Equidem arbitror diffi-
cile eos ab illis abstenturos siue quòd presup-
ponant Priuilegia Illa esse remuneratoria
obsequiorũ à se magnis impensis fortunarũ, et
sanguinis prestitorũ siue q̃ sint immemorialia
et super criminibus leuibus concessa arg.to eorũ
que notat Innocentius in c.o nouit de Judi-
cijs Cũ latè additis Ibi à Panhormitano
Fely. et Decio, siue alia quod Judicio S.
D. N. relinquo, hec Nauarrus cuius verba
referre volui, vt quisq; animaduerteret
Doctissimũ Nauarrũ Romę Degentem
sensisse vim meritorũ nec fuisse ausum
definire q̃ ea fuerint p̃ Illas clausulas
generales Bullę Cenę Dñi sublata et
reuocata. Id quod prudenter ac Justè
dictũ alioquin esset contra cõmunes
Doctorũ conclusiones passim affirmantes
Priuilegia remuneratoria p̃ Clausulas
generales nõ abrogari, quod Infra latius
facit, et Illud, quod tradit Guido Papa
Decis. 1.a scilicet Martinũ Papã cuius
Bullę tenorẽ Ibi scripsit declarasse ad
Instantiã Caroli Regis Francorũ se per Illã
sactionẽ suã, qua graues pœnas statuit

aduersus clericos, quoquomodo conuentos vel
se conueniri patientes coram Judicibus seculari-
bus non Intellexisse de casibus in quibus
Rex à tempore immemoriali inter clericos
cognoscebat quod sane multo fortius ju-
uat nram opinionem si summus Pontifex no-
luit reuocare consuetudinem in qua funda-
bat se Rex Franciæ cognoscendi cleri-
cos in certis casibus, multo minus censetur
voluisse tollere expressa Priuilegia Decis:
illam guidonis sequitur Nauarr: in c.
cum contingat in p.o remedio Col. penult.a
fol. 152. de rescriptis, Prædictam bullam
inseruit etiam Jo: Ferrault: in tract:
de Juribus et priuilegijs Regni Franciæ
Priuilegio xj.o meminit etiam de ea Rebuf:
in c. de causa benef: posses: art: 8. Glos:
2.a Amedeus à ponte in tract: qui sint
Judices in causa feud: post qq. Laudemi-
ales fol. 69. Confirmantur hæc quæ
Donatio remuneratoria non continetur sta-
tuto loquente de Donatione Alex:
cons.o 43. n.o 78. lib: 4. Marian: Socci:
cons.o 94. n.o 12. et 15. lib: 2.o et Regula

Cancellariæ reuocans facultatem nominandi vel conferendi non censetur reuocare facultates nominandi vel conferendi Regibus concessas ob benemerita, quintilia: Mandos: regu: xj.ª de reuocat: q. 13. 4

Hinc Bulla nouissima reuocans omnia priuilegia non comprehendit priuilegia remuneratoria ratio suma est, quia sumus Pontifex vult omnes suas actiones regulari, à, Justitia tam foricque poli nec vnque intendit, à, Justitia secedere, quod probat Tex: in l. quoties C. de ~~pretio~~ precib: Impera: offer: ~~Dns~~ Antº de pretis in arg.to Clipei pastoralis c. 1. col. fin: itaque nisi appareat precisa voluntas Papæ non presumitur velle Illud, quod non debet facere.

Ad hæc accedit quod hoc non est Priuilegium simpliciter Regi Laico concesso verum est priuilegium concessum Comiti Rogerio eiusque successoribus, quo facti sunt legati nati: quod priuilegium legationis habet multa præ-

cipua non enim per verba generalia quecumque cense-
tur revocatum ut concludit Petrus Andreas
Gambarus in tract: de offic: et potestat:
legat: lib. 9. q. 4. n.° 17. allegat tex:
in c. p.° de offic: legat: lib: 6. imò dixit
Quintilian: Mandos: in tract: de Inhi-
bitoriis q. 5. in fin: quod legati dicunt eorum
potestatem non posse aliter subverti, quam pro-
pria manu ipsius summi Pontificis signantis
eiusmodi etiam est potestas legatorum Na-
torum summi Pontificis de quibus in c. p.° de
offic: legat: lib. 6. ut non censeatur revo-
cata per verba generalia, et est bona
ratio, quoniam hec Jurisdictio legatorum exer
cetur nomine summi Pontificis et ab eo de-
pendet. Sicut igitur potestas aliorum
officialium summi Pontificis non censetur
revocata per bullam Cene ita pariter nec
potestas legatorum summi Pontificis, quorum
unus ex legatis natis est Rex Sicilie
Cum intentio summi Pontificis non sit velle
cuique preiudicare etiam minimo preiudicio, ut
Glos: in c. cum olim de consuetudine tex: opti-
mus in l. 4.ª §. si quis à Principe ff. ne

quid in loco publico, et in c. super eo ubi
Docto: Presertim Felij: de Officio delegati
et Generaliter in dubio Judicandum est non
esse sublatum Privilegium ut tradit Glos:
25. quest: 2ª. in summa in fine citans
l. si peculium ff. de manumiss: testam:
Sequitur Calderin: cons. xj. de Privile-
gijs subdens hoc maxime procedere si ille
qui habet Privilegium sit in quasi possessio-
ne, quod novissime refert et sequitur
Guido Paneirol: cons. 19. n°. 10.

Dixi non debere summum Pontificem hoc
Privilegium legationis revocare quia con-
cessio facta ob bene merita, et notabilis
servitia pro remuneratione servitiorum
nullo modo est revocanda, sed omnino
servanda eoque non est mera gratia sed
actus onerosus in vim contractus tran-
siens. l. sed si lege. §. consuluit
ff. de petitione hereditatis Bar: in Prohe:
digest: col. pen: et in l. per diversas C. man-
da. Glos. Jas: et Mod. in l. ex hoc jure

ff. de Justi: et Jud. r. Petrus Duenas Reg: 224. limi. 4.

Et sicut permutatio, aliyq; contractus reuocari nō possunt Ita etiā, et Donatio facta à Principe ex causa remunerationis, tanq; actus onerosus liberè, et sine causa reuocari nō potest, vt tradit Bal: cons.° vltō lib: 3.° Fely: in c. nouit n.° 7.° de Jud: Rom: cons.° 436. Alex: Cons.° 101. n.° p.° lib: p.° cons.° 5.° n.° 19. et 20. cons.° 78. lib: 4. Deci: cons.° 582. cons.° 566. Jas: cons.° 1. n.° 4. lib: p.° Pala: rub: in De Dona: inter vir: et vxor:

Capi: Dec: 21. n.° 15. decis: 24. n.° 13. Nacta cons.° 268. n.° 5. et 7. lib: 2.° Tiraq: in l. si vnq; in verbo ℔ Donatione largitus n.° 15. C. de reuocan: Dona: Et nouissimè Tiberius Decianus cons.° 51. n.° 25. lib: 3.° hinc regulare est q; gratia et concessio propter benemerita non potest tolli, nisi ex causa expressa et Justa, et quæ respiciat publicā vtilitatē l. Titius puerū ff. de obseq: liber: l. Lutius ff. de euictio: l. Item si verberatū §. preterea vbi Bar: et Angel: de reiuend: Bal. in l. qui se patris C. vnde liber: hyppol: cons.° 57. n.° 27. magistraliter Andre: in c.

similiter col. 6. de cap. qui Cur: vend: et, è nostris Siculis pulchrè Pernus cons.° 16. per totũ.

Passim etiã Illud effertur q̃ ea quę propter remuneratione concessa sunt per rescriptũ amplissimis verbis conceptũ etiã cũ clausula motu proprio et de plenitudine potatis et alijs quibuscũq̃ clausulis sine expressa et Justa causa reuocari nõ possunt quod post alios tradit Gram: decis: 63. Deci: cons.° 271. Fulgo: cons.° 61. eãq̃ esse magis cõmunem refert et sequitur Parisius cons.° 201. n.° 70. lib: 5.° Socci: Junior cons.° 120. n.° 32. lib: 2.°, et omnes Moderni Idem profitentur in l. fin: C. si contra Jus, vel vtil: pub: Capitius decis. 166. n.° 4. et 10. Crauet: cons.° 172. n.° 3.

De causã verò asserenti nõ est credendũ siue in specie eã expresserit siue generatim vt ex causis animũ nostrũ digne mouentibus, siue vtrãq̃ affirmauerit. in his enim quę sine causa Justa et expressa fieri nõ possunt causã asserenti non creditur, et omnino necesse est causam Illã adesse verã et Justã quod egregie docuit Deci: cons.° 603. n.° 7.° vbi nõ paucos allegat tradit etiã Idem cons.° 602. n.° 12. 17.

Quod autẽ dici solet in sũmo pontifice ac supp̃mo Principe causã verã et Justã pręsumi, vt

Clem: p.ª de p̄bat: Panhormitanus in c.º quę In Ecclesiarū de Constitu: et multi alij quos ibi felyn: Congerit. n.º 60. et Deci: n.º 27. Id quidem non facile nec perpetuo procedit alioquin vt Navarrus ait in tracta: de spolijs Clericorū. §. 2.º n.º 8. fol: 14. vanū foret dicere Papam nō posse Illud aut Illud facere sine Justa Causa si factū fuerit cū semper diceretur Interfuisse Justā Causā verā vel p̄sumptā. Intelligendum est Igitur in casibus expressis in d. Clem: quę cū sit exorbitans à Jure cōmuni nō procedit nisi in casibus in ea expressis et similibus. Itē procedit Illa Clem: in his quę de facto suo met proprio Enarrat Papa vt latè concludit Glos: ante penultimā eiusdem. At causa reuocandi nō potest esse factū Ipsius propriū Rursus non procedit Illa Clem: in his quę Tertio preiudicant ex sentia Anchar: cons.º 398. quē loco pręcitato Decius sequitur. ~~Nec~~

Nec his obstant quę Panhormitanus tradit in d. c. quę In Ecclesiarū Nā Ipsemet Ibi affirmat non esse pręsumendā Causā Justam in Principe suo Contractui contraueniēte. Cum

sine eiusmodi causa ei contrauenire nõ potest pro quo facit fundamentũ irrefragabile cõmuniter receptũ ex Bar: in l. si forte de castrens peculio, et in l. si donatione C. de collationibus quod quando aliquid fieri nõ potest sine iusta causa illa debet probari id quod ibidem tenet Felyn: cũ fulgos: cons.º 61. quẽ sequitur Dec: diluens arg.ta contrarium tenentiũ.

Addo q̃ dictũ illud de causa presumpta in Principe obtinet vbi processũ est cũ causæ cognitione alioquin si absq̃ la processũ est in Principe causa iusta nõ presumitur quod singulariter declarat Cyn: in l. oñes cuiuscũq̃ C. si contra ius, vel vtil: publ: Abbas in c.º p.º col: 2.ª de causa possessionis et proprietatis Dec: cons.º 410. n.º 17. cons.º 528. n.º 8. Causæ vero cognem interuenisse putatur quoties Princeps Auditis, vel contumacibus partibus statuerit, vel rescripserit l. in causæ la secunda §. causa cog.ta ff. de minoribus Dec: cons.º 407. in fin:

At nec illud quidem satis est causa parte
citata et audita probari; sed oportet
causa esse grauissima ac vrgentissimam
ità vt non sufficiat causa ingratitudinis
ad reuocandum Donata ob bene merita
quod docet Bal: in l. si cum mihi ff. de
dolo Abb: in c. fin: n.° xj.° de Donatio-
nibus cons.° 3.° lib. 2. Bal. Beltran: cons.°
154. lib. 3.° Col. p.a Curt: Jun: cons.° 6.
n.° 21. et cons.° 67. in fin: socc: Junior
cons.° 94. n.° 14. libro 2.° quam sententiam
comunem esse testator Claudius Sesel
in l. ex hoc Jure in vj.° effectu ff. de
Justit: et Jur: probant alij congesti per
Horatium Mandosium in addit: ad Rom: cons.°
298. n.° 4.° in verbo non potuit quem sequitur
Bursat: cons.° 16. n.° 17. quibus addi
potest Rip: in l. fin: q. 94. C. de re-
uocandis Donactionibus, qui eam comunem
esse profitetur. Joanes Lupus in Rub:
de Donat: inter virum et vxorem §. 5. n.° 5.
Tiraq. in l. si vnquam in verbo Donat:
largitus n.° 13. cum sequenti Boeri: decis:

27. n.º 2.º Gram: decis. 65. n.º 24. Gozad: cons.º 50. n.º 10. Ruy: cons.º 162. n.º 10. lib: 4.º Marcus Antt.s Nacta cons.º 268. n.º 5. et 7.º lib: 2.º

Non tamen desunt multi, quos refert Emanuel Xuares in suo tract: comiur opinionum in verbo Princeps tenentes quod nec Privilegia nec offic.orum dignitates, vel Jurisdictionum Collationes ob preclara merita factae etiam cum justa causa revocari possunt, eamque Emanuel comunem esse testatur ex Jas: in l. ex hoc jure n.º 54. de Justit: et Jur: Felyn: in c.º novum de Judicijs Afflict: in c.º p.º n.º 24. de natura feudi, atque ex alijs utriusque Juris professoribus quos refert Arius Pinellus in l. p.ª par: 3.ª C. de bonis maternis et in Rub: de rescinden: vend: par: p.ª c.º 2.º n.º 31. tametsi ipse in diversam sententiam abierit, quibusdam satis levibus orationibus.

Hoc tamen ultimum quod ex causa revocari non possit non ita perpetuum et constanter

pono eo q̃ nõ me preterit legisse apud Nauarrũ
in dicto Manuali: c. 27. n.º 73. Priuilegiũ
etiã in remunerationẽ concessũ ex causa
reuocari posse quã cõmunẽ esse testatur
sed illud constanter affirmo causã adesse
debere et magnã quidẽ et vrgentissimam
eaq̃ parte citata et audita probandã p̃ ea que
iam dicta sunt q̃d etiã asserit Montaluus
in l. 8. fori tit.º 12. lib. 3.º in Glos: no puede
toler col. 3. vbi dicit notanter quod
Priuilegium datũ nõ subditis scilicet laicis
per Papã nõ posse reuocari p̃ notata in c.º
nouit de iudicijs et in c.º in nr̃a de iure iuran:
Imò si Papa vellet tollere specialiter non
potest nisi iuris ordine seruato vt docet
Joãnes in Clem: p.ª de iure iuran: et in Clem:
pastoralis de re iudicata et in clem: primo
vt lite pendente hec ille, que causa
subesse non potest in Rege Sicilie iurisdic-
tionẽ exercente p̃ suos officiales qui dn̄o pre-
iudicare nõ possunt Loffred: cons.º 36. n.º 11. et
12. &.

Que omnia procedunt etiã in beneficialibus
in quibus etiã sũmus Pontifex sine iusta causa

beneficio priuari quemquam non debet vt censuit
Cardinal: cons.° 141. sanctissimus dns noster Abb:
in disputatione incipit: Epus et in c.° fin: de
Confirmatione vtili vel inutili Felyn:
in c.° quae in Ecc.ae n.° 42. de constitut: vbi
n.° 43. ait comuniter dici talem ademptionem
fieri non posse nisi ex Causa legitima et hoc
vult Bal: in c. p.° n.° p.° vers.° et est Arg.tum
de natura feudi, hoc etiam manifeste pro-
bat Innocentius in c.° nisi cum pridem col. fin:
de renunciat: et ita erudite et copiose re-
spondit Rom: cons.° 345. et cons.° 467. Alex:
cons.° 101. n.° 6. lib. 7. Barbatia in c.° quo
ad translationem n.° 12. de offic: delegati,
et cons.° 13. Col. 5. lib: 3. Joannes de
Selua in tract: de benef: par: 3. q. 60.
Gomes in Regu: Cancell: de non tollen: Jur:
quaesito q. p.a vers.° putare Jas: in l. fin:
si contra Jus vel vtilitatem publicam
et cons.° 145. lib: 2.° Ripa: lib: p.° respon-
sorum delect: c.° 14. Col. pen: Rebuff: in
tract: nominationum q. 21. n.° 55. Idem
sentit aperte dns De soto de Justit: et Jur:

lib: 3.° q. 6. art: 2.° pag: 260. col. 2. Idipsum cen=
suit Martinus Nauarrus in prelectione capli
si quando exceptione .13. de rescriptis fol: 64.
multisq; rationibus cōmuniuit infringendo
contraria in tract: de spolijs §. 3.° vbi n.° 6.
ait veritatē esse q̄ papa Justè qdem potest
cū causa rationabili auferre beneficia ecc.ca
sed nō pro solo voluntatis libito nec solet
id facere quinymò quando subest rationa=
bilis causa auferendi beneficiū suū alicui
beneficiario si alioquin ipse nō peccauerit
nō aufertur ei nisi cū Justa compensa=
tione ex singulari dicto Innocentij re=
cepto in c.° nisi cū pridem in quā sentia
accessit Arrius Pinellus in p.ª par: Rub:
C. de rescind: vend: c.° 3.° n.° 30. vers.° altera
Inspectio.

Quod quidē maxima cū ratione receptum
est id enim dicimur posse quod honestè
possumus .l. nepos proculo ff. de verb. signif:
.l. lutius ff. de condōnibus et demostrationibus
honeste autē nō possumus alij iniuriam
facere .l. Justit: ff. de Justit: et Jur: §.

Juris precepta Institutis eodem tit.° in Juria autem videtur inferri ei cui denegatur beneficium et gratia concessa tamen quia eiusmodi beneficia non nisi male meritis adimi solent ut docet experientia et inveterata Consuetudo Ideo dicendum est beneficia non posse sine causa Justa et urgenti cuique adimi ne Iniuria affici videatur.

Idem dicimus de officialibus temporalibus et perpetuis ut sine Justa et rationabili causa à Principe revocari non possint. Boer: decis: 149. n.° 11. Gughel: de benedic: in verbo Duas habens filias. n.° 3.° cum sequenti fol: 15. et 16. Gregor: lopes in l. 4.ª tit.° 10. par: 4.ª Cassan: in Consuet: Burgun: rub: p.ª §. 6. n.° 82. fol: 67. Petrus Rebuf: in tracta: de mater: possessor: art: 4.° Glos. 7.ª n.° 6. tom. 3.° et novissime Melchior Merez hispanus in tracta: de maio: par: 4. q. 10. n.° 5. et 6. et si absque causa pro sola voluntate privarentur eis succurreretur per remedia Juris ordinarie et possessorie.

c.° ex tenore de restitut: spoliat: Gugliel: de benedic: loco precit: /

Quando autē officia concessa sunt obseruitis ac benemerita dubio longissimè sunt irreuocabilis vt docet Afflic: in tit.° quę sint Regalis in verbo potas n.° 23. et in c.° p.° n.° 24. de natur: feud: capit: decis: 121. n.° 15. et 59. Rodoricus Xuarez allegat: 9.ª pag: 3. Soccin: cons.° 58. n.° 9. lib: p.° Pernus notabiliter cons.° 16. n.° 10. vers.° Sed pro veritate Materię distinguendū videtur. Glos: Pet: Rebuf: in tract: de Mater: possessor: art: 4.° 7.° n.° 6. Tom: 3. fol: 265. vbi testatur Ita fuisse pronunciatū in senatu Parisiensi et dicit Idem Rebuf: in tract: nominationū q. 12. n.° 36. quod extra mortē Renunciationē vel delictum nō solet Princeps tollere officia quę semel dedit, quod refert Franc: Marc: decis. 19. par: 2.ª /

Idem aiunt in successore in Regno vt nō possit reuocare sine causa officia à predecessore

cessore collata docet Bal: in c.° vnic: qui
success: teneantur, quē sequitur Grego:
Lopes in l. 2. tit.° 15. par: 2. et Pernus
pręcita: loco dicit hoc etiā Bal: in c.° p.°
§. 3. in prin: epum vel Abb: q Papa
no pot supprimere dignitatem donec
superest persona, quę pręest dignitati
nisi ex magna causa, sequitur Montal-
uus in l. 8. fori tit.° 12. lib: 3.° in Glos:
no puede toler.

Quę omnia sane multo facilius admittenda
sunt in specie nostra cū hoc legationis
Priuilegium sit consentaneū Juri cōmuni
ex his que superiori capitulo dicta sunt
quo fit vt nō debeat per sūmum Pontificē
destrui vt pulchrè monet Tex: in c.°
si ea destruere 25. q. 2. vbi Roma:
Pontifex ait si ea destruerē, quę ante-
cessores statuerūt nō constructor sed
euersor essem, Idem tex: in c.° q ad
perpetuū 25. q. p.ª c.° si illa p.ª q. 7.ª —
Innocentius in c.° quanto de consuet:
Abb: in c.° inquisitioni de senten: ex cōmu:

necesset rationabile nec equum quod si officialis
quispiam aliquando abusus esset privilegio
propterea revocandum esset Privilegium Regi
et Regno concessum, sed debent abu-
tentes puniri ne odio unius alius pre-
gravetur l. si quis in suo §. l. C. de Inofficios:
testam: unde tradunt Docto: quod si sin-
gulares personae abutantur vel delinquant
debent particulares ipsae personae puniri
non Civitas tota Joan: Andr: in c.° silicis
§. fin: de poenis Bar: in l. aut facta §.
fin: col: fin: de poenis. Abb: et Joan: de
Anamo in c. dilectus il. 2°. de simonia.

Et nostrae quidem Intentiae astipulatur quod
notat eleganter Jo: de Imol: in c.° 2°. de
preben: lib: 6. dicens quod tale Jus possunt pre-
tendere Reges uncti qui personam laici meri
obtinere non videntur concludens quod ex quo
potuit eis concedi et esset scandalum
in auferendo tale Jus debet Regibus
relinqui sequitur Petrus belluca loquens
de rege Aragonum in tract: specul: Princ:

Rub: 11. §. videndum n.° 17. fol: 39. et Inspe-
cie de qua agitur allego Petrum Rebuf: in
concord: fran: inter leonem x.um et Regem
francorum in Rub: de Collat: fol: 241.
ubi ait Illa concordata non posse revocari
per succ.rem summi Pontificis concedentis ex
alijs que Ibi congerit cito etiam Carolum
de grassalium in tract: Regal: fran: lib:
2.° Jur: 4. fol: 246. cuius hec sunt verba
Item postquam dictum Privilegium fuit datum
Regi et suis successoribus pro ipsius Regni
defensione non dicitur per sonem sed potius
loco, et universitati concessum et consequenter
perpetuum, nec revocatorium, quia pro rei publice sub-
sidio et utilitate per tex: valde notabiler
quem ibi ad huc perpendit Bal: in l. vectigalia
C. de vectigal: et comissis per tertim quia concessum
in compensatione servitiorum per ipsos francorum
Reges impensorum et sic etiam pretexta ingra-
titudinis si quam Filippus pulcher in Bonifa-
cium admisit quando eum insonerium fecit opere
sarre Colunne ut Platina, Phus bergomensis
et Guagui: lib. 7.° referunt revocari non potest
ex sentia Panhormite et Doctorum in Rub: et
c. fin: de Donat: per tex: insignem in l. Aquilius

Regulus ff. de donationibus.

Quod vero merita seruitiaq; fuerint causa huius Priuilegij indicatur ex p̄factione et ~~in~~ è narratione ipsius bullę ex qua etiam ex causa finalis deprehenditur l. fin: ff. de hered: instituen: l. 4. de origine iuris Panhorm: in c.° quia circa de consang: ~~et~~ affinitate Ludouicus Roman: cons.° 16. col. p.ª hęc ille quintilianus quoq; Mandosius in Regu: Cancell: xj.ª de reuoca: q: 13. n.° 7. ait Regi Gallię et Hispaniarę Priuilegium seu facultatem nominandi concessam fuisse propter benemerita et seruitia sedi aplicę p̄stita ideoq; in reuocabile esse ex quibus manifestissimum redditur huius priuilegium nec reuocatum nec reuocandum esse cumq; à tot seculis Rex Sicilię atq; eius Prorex fuerit, ac sit in possessione iudicandi in causis Ecc.cis et contra clericos procedendi in ea possessione est conseruandus vt in hac ipsa specie tradit Aufrer: in ~~cle~~ repet: Clem: p̄mę de offic: ordi: in p.ª regu: n.° 12. 13. 14. et 15. Fallen: Tiber: Decianus Cons.° 82. in fin: lib: 2.°

De officio et potestate Monarche
Cap: 4.

Legatorum tres esse species passim omnes docent. alij enim sunt de latere nempe Cardinal: quandoque tamen etiam ex alijs ordinibus deligu-tur Nam et officiales Pape legati de latere esse possunt, tametsi usus Romane Ecclesie obtinuit, ut solos Cardinales legatos de latere vocemus. alij missi dicuntur quippe qui, à sede apostolica specialiter mittuntur Cardinalatus apice non fungentes alij legati nati sunt appel-lanturque scilicet neque de latere sunt neque ex speciali aliqua Comissione missi sed propter legationis munus annexum eorum di-gnitati legati nati dicuntur eaque ob causam maxime sunt auctoritatis de his tribus lega-torum speciebus extat Glos: in c. p.o et fin: de offic: legati et in c. p.o eodem In vj.o tradunt speculator in tit.o de legato §. superest Andr: Barbatia Gondissalus à villodego. Nic.us Boer: Petrus Gambar: qui peculiares tractatus scripserunt de

offic. et potestate legati Brun: de legat:
lib. 2.° c.° p.° hisce de legatis tractat his-
paniarum lex. 23. tit.° 9. par: p.ª ubi Grego:
Lopes in Glos: multa ad dictam legem expli-
cat dicuntur igitur legati nati habentes
dignitatem cum annexo perpetuo legationis
honore ut cum primum Archiepiscopi creati sunt
etiam legati existant ac dicantur: sunt autem
iure comuni can: quatuor videlicet Archi-
epus Canturiensis et Eboracensis ambo in
Anglia remensis in francia et pisanus in
Italia ut notat Doctores praesertim
Franc.us in c.° p.° de offic: legat: lib. 6. et
per hanc extrauagantem Urbani habemus
quintum legatum natum Regem Siciliae horum
legatorum potestas est ordinaria c.° ij. de offic:
legat: lib. 6.

in exemptos Habent in primis potestatem in exemptos
c.° si Abbatem de lectio: lib: 6. Franc.us Marc.us
decis. 344. lib: p.° Petrus Andr: Gambar:
in tract: de offic: legat: lib. 2.° in prin: n.° 31.
et lib. 8. n.° 78. et in tit.° de potest: legat:
in regulares atque exemptos n.° 8. hanc iuris-
dictionem in exemptos in Rege Aragonum

absq; priuilegio legationis latissime ex pluribus rationibus fundat, ac probat Petrus belluca in speculo Principum rub: xi. §. videndum à nu. 10. usq; ad 18. fo: 38. et 39. eaq; in hoc Regno semper exercuit Regia Monarchia citra aliquam controuersiam, aut difficultatem tametsi per Cap. xi. sessione 24. sacri Consilij Tridentini causa exemptorum committantur ordinarijs tanq; Apostolicae sedis delegatis, quoniam cessat illud inconueniens superquo fundatur dispositio illius capituli quod est ne exempti non habentes superiorem in loco laxiorem vitam ducant ex quo in hoc Regno existit legatus natus qui in exemptos iurisdictionem habet quinimo cum per hanc Vrbani extrauagantem caueatur quod ea quae sedes apostolica per legatum actura esset per Regem tanq; legatum apostolicum expediantur per constitutionem secundi legati primus non censetur reuocatus. c. volentes vbi Abbas, et alij de officio legati Boer: testatur conen. Decis: 347. Ferdinandus Lohazes in allegat: pro Marchione de velis in p.a Dubit: n.o 36. fo: 40. quae

B. D. L. O. L. D. Z.

fuit sententia Glosæ in c.° in galliarum §. 24.
q. 2.ª cuius auctoritate idem tenet Albericus in l. si
quis cum procuratorio §. fin: ff. de procuratoribus
Mart: Lauden: in tracta: de legat: §. 10.
et nouissime Alfonsus de Hoieda in tract:
de benefic: comparatione par: 2.ª c.° 10. n.° 7.
id quod comunitur ex eo, quod traditur per
constit: secundi vicarij p.ᵘᵐ non censeri re-
uocatum, quod axioma fusissima confirmat
Alfonsus Hoieda loco præcitato. contrarijs sin-
gulis respondens.

Grauamenes

Secundo legatus natus tanquam ordinarius potest
adiri per viam querelæ c.° p.° de offic: legat: qui
tex: loquitur de Archiepo canturiense, qui est
legatus natus Hostiensis in suma eod: tit.°
de causis §. statuit in Glos: finitur in fine, et
esse comunem testatur prob: in Addit: ad Mo-
nac: in c.° 2.° n.° 5.° de offic: legat: lib: vj.° et in
legato nato loquuntur Franc: Marc: decis: 342.
p.ª par: et Arnulf: Ruzeus in tract: de
preeminent: Archiepiscopal: dignitatis pri-
uileg: 6. vers.° 4. non procedit ante n.ᵘᵐ
12.ᵘᵐ, et esse veram et comunem opinionem
testatur Petrus Andr: Gambar: in tract:
de offic: et potest: legat: lib: 8. n.° 9. qui-

omnes licet non declarent quando dicatur adiri per viam querele ego Intelligo eum adire per querelam, qui non potest appellare propter aliquod impedimentum Juris, et tunc dicitur proprie querela quando citra remedium appellationis Judex aditur est enim querela quando oppressus reclamat, vt sibi per viam Juris succurratur Deci: cons.° 125. col. fin: et secundum Alex: in l. si ab arbitro in fin: ff. qui satisdar: cogan: querela est implorare Judicis officium sine appellatione prograuamine, que omnia late confirmat Robertus Marant: de ordin: Judic: par: vj.ª in vers.° querela quem sequitur Robert Lancilott: in tract: de attenta: 2.ª par: c.° 19. in princ: quibus addo Berou in c.° p.° n.° 3. de appell:

Constitutio Vicarij

Tertio legatus natus potest constituere sibi Vicarium quemadmodum Reges constituunt sibi proreges locutenentes generales vel presidentes ad quod extat Doctrina Cardinal: Zabar: in c.° p.° de offi.° legat: vbi ait legatum vt pote ordinarium posse sibi Vicarium constituere Idem etiam tradit Franc.s Marc: decis: 317. col. 1.

n.º 8. lib. 6.º allegans in specie Abb: in c.º nouit de offº legat: et licet de hoc ibi dubitet Barbat. in d. c. 6.º per tex: in l. 6.ª de offº prefecti pretoreo, Illa tamen dubitatio hic cessat cum potestas fuerit collata etiam pro herede ob quod nõ videtur electa Industria personę, quod ~~ten~~ existimant Cyn: et Bal: in l. quisquis C. de Episco: ~~et~~ Cler:

His etiam ~~gelicet~~ addo quod licet vicarius siue legatus papę vicarium generalem cum eadem potestate facere nequeat ex causa tamen puta propter Iustam abnntiam vicarium generalem creare potest eique vices suas committere, ut notant Docto: d. c. nouit et Rota decis. 378. Fuit dubitatum vtrum vicarius, Glos: et Docto: in clem: 6.ª in verbo locum aliorum de regu: Stefa: Bertran: cons. 117. incipit ex literis legationis lib: 6.º et alij quam plures quos refert Ferdin: Lohazes in praedicta allegatione pro Marchione de velis in 6.ª Dubit: n.º 99. 100. 101. fo: 352.

Delegare possunt

Quarto non solum Legatus Ipse potuit sibi vicarium constituere verum etiam Ipse vicarius legati potest subdelegare id quod factitant quotidie Proreges in hoc Regno, cuius non obscura extractio cum delegatus legati principis subdelegare possit quod Docent Bal: in l. à Judice. C de Judicijs Abb: in c.° cum Bertold: de re Jud: Alex: in l. more maiorum cum l. sequenti ff. de Jurisdict: om: Jud: Angel: in l. cum Pretor ff. de Jud: quoniam legati habent ad instar Principis Regiam dignitatem, et in delegatis dandis à pari procedunt Papa et Legatus c. statutum de rescript: lib. 6. Item quia iste non est de casibus exceptis, et Legati Auctoritas Papae, per quas rationes, et auctoritates ita in termini tenet Andre: Gambar: in tracta: de legat: lib. 8. n.° 140. qui ait de hoc videri casum in d. c. cum Berthold:

Addo ego tex: in l. Legatus ff. de offic: proconsul: ubi Jurisconsult: scribit legatum

pro consulis Judicem dare posse, qui tex: affir-
mative legendus est, quod Glos: ibidem tenuit
atq; ita absq; negatione legi in pandectis flo-
rentinis affirmant Angel: Politia: lib: mis-
sellaneorũ: cap: 78. Budeus Corasius, et
Egitiarius Baro: in d. l. legatus. Anto:
August: lib. p.o emendationũ cap: 3. Hebrixẽs:
in lexico Juris ciuilis in verbo non, et hoc
palam apparet ex l. cũ Pretor §. Is quoq;
ff. de Judic: Is quoq; inquit Paulus, cui
est mandata Jurisdictio Judicem dare
potest, vt sunt legati pro consulum
Jccirco cũ a pari procedat legatus legati
Romani Pontificis, et legatus pro consulis
eũ posse subdelegare non est Dubium
et Istã esse cõmunẽ opinionẽ asserit Felin:
in c.o super questionũ n.o 17. de offic: delega:
et hec opinio seruatur in Regno Ideo
tenenda, Nã Illa opinio est tenenda,
que fuit vsu recepta, quamuis alia sit
verior, et cõmunior Dec: in c.o at si clerici
in princi: col. 17. de Jud: &

Tanto magis hec obtinent quia ubi agitur de potestate subdelegandi inspicienda est consuetudo Franc. in c. cum causa q. 10. et ultima de Appellat. Quintil. Mandos. in Regu. Cancell. de reservat. Regu. 4. q. 3. n.o 7. Nam ex consuetudine et prescriptione etiam acquiritur potestas et facultas delegandi secundum Fran. Pa. in tracta. de offic. et potest. sede vacante q. 9. p.e par. princ. in fine.

Confirmantur predicta ex eo quod Vicereges sunt delegati ad universitatem causarum Itaque possunt aliquam ex eis subdelegare Glos. in d. l. Legatus et in d. c. sup questionum §. si vero, quas tocto. communiter sequuntur Jas. in l. à Judice n.o 8. C. de Judicib. Felyn. dicto c. sup questionum n.o 17. Fatentur eam conem esse Purpur. in l. more n.o 98. ff. de Jurisd. omnium Jud. Curtius Junior n.o 67. et ita tenet Gondissal. a Villadego in tracta. delegat. q. 8. n.o 28. et 29.

Quinto Legatus natus potest se intromittere

Per viam excessus per delegatum a Pontifice communiter potest legatus natus procedere

causae alteri per summum Pontificem Comisse
quando delegatus contra formam rescripti
pronunciasset Anto: c. studuisti de offo
legati Petrus Andr: Gambar: in tract:
de auctte legati nº 99. lib: 8. vel ex
causa recens nata à principio per
summum Pontificem verisimiliter non cognita
poterit enim generalis legatus se in-
tromittere de causa specialiter deleg.to
comissa ex sentia Abbatis D. C. Stu-
duisti Gondissali eo loci, qui paulo-
ante citatus est nº 9. Quintil: Mand:
in tract: de Inhibitor: q. 5. nº 3. Vers.
est verum quod legati. Neque verò
legatus solus verum et Episcop: loci ordinarius
delegato injuste exequenti existere
potest ac debet Dnicus in c. si eo
tempore col: 2ª. de rescriptis, Dns meus
Joannes Bolegnettus in l. ut vim. nº 56.
de Justitia et Jur: Joan: Andreae
Dnicus et Franc. in c. statutum §. fin:
de rescriptis in sexto aiunt posse ordinarium

delegato contra dispone Illius cap. grauati
excistere, quorum terminatio extendi-
tur ad quemcumque alium casum in quo dele-
gatus pactum nullum, aliquem grauat
Ut docet Nauarrus in c. cum contingat
fo: 170. vers. 7. de rescriptis.

Quinimo ordinarius potest cognoscere
de appell: ad papam interposita non solum
incidenter, quo ad reuocationem eorum quae
post appellationem attentata fuerunt
c. cum teneamur de appellationibus
et quo ad facilioren exitum causae c. 2.
de matrimonio contracto contra interdictum
Ecclesiae Glos: in c. si a Judice
de appell: lib: 6. Interdum etiam prin-
cipaliter quando scandalum aliquod
imminere et neque facile ad Papam
recursus haberi possit ad effectum
scandalo obuiandi. c. Constitutus de appell:
secundum intellectum Hostiens: quem

sequitur Aret: in c. at si §. de adulterijs
Col. 3. de Judicijs quem licet Ibi comuni-
ter dicant non esse admodum literę amicum
tamen non negant in se verum esse at
qui pan hormita Ibi quicquid ei propositus
falso imponit eum ad praxim comendo,
quod recte defendit Nauar: in c. cum
~~Nauarrus~~ contingat in V.° remedio
fo: 170. vers.° x.° alludit his, quia tene-
tur subditos defendere l. in licitas
in principio et in §. ne potentiores
vbi Bal: de offic: presidis. Nam
inde adnotant ad officium Judicis spectare
prouidere ne alicui violentia fiat.

de violentia contra vasallos

Potest etiam Rex ac Prorex, citra ra-
tionem legationis, ex Regio munere
cognoscere de Violentia Ecclesiasticorum
Delegatorum in subditos, atque etiam de
censuris contra eos iniuste latis, per
modum extrauidicialis defensionis, vt
eos compellat, vt vim auferant, ap-
pellationi deferant, interdicto suspendat.

Id quod

id quod latè meliusq; q̃ alius, quem ego viderim
examinat, ac confirmat Doct.mus Nauarrus
in d. c. cum contingat in primo remedio per
totum, quod etiam sequitur Didac: Couarr:
lib: pract: quest: c.° 35. n.° 3. cum sequenti ac
fusius etiam Ludouicus messia Pontius de leon
in p.lect: l. 5. tit.° 3. lib: 7.° in xp.° par:
secundi fundamen: n.° 47. fol: 108. et
in francia Jam diu, à multis annis seruatum
fuisse testatur Auferius in clem: p.a
de offic: ordinarij regu: 2.a fallent: 30.
aliàs est tractatus de potestate seculari
sup Ecclesiast: pers: Carolus de Grassal:
lib: 2.° Regal: fran: Jur: 7.° Et Nauar-
rus loco paulo ante accito memorat ~~testatur~~
in Cancellaria Castellæ atq; Nauarriæ
parte petente semper addi, vt Judex
excomunicationes post appellationes latas
ad aliquot dies qui sufficiant missioni
atq; examinationi processus p proceres
faciendæ tollat ad rei incidentiam, et
si quod tulit interdictum suspendat addunt
etiam Didac: Couarr: Pontius de leon locis
præallegatis et Petrus Numius Auendan:

in tracta: de exequend: mandatis Cap.° p.° n.° 32.
Ità seruari in hispaniarę Dictio:, et apud Gallos
aliosq; reipu.cę seculares principes recep-
tissimum esse.

Enimuero proprium id ipsum Regis officium est
subditos suos ab iniurijs liberare c. filijs
xxvj.ª q. 7.ª et violentias tollere c.
Regum xxiij.ª q. 5. ne scandalum Respu.ca
patiatur hęc tamen omnia cum moderamine
inculpatę tutelę hoc est salua semper
in omnibus Sumi Pontificis auctoritate ac
veneratione, vt interim à sumo Pon-
tifice iure debitum prestetur auxilium
intelligenda sunt, vt Ludouicus
messia Pontius de leon loco ante
memorato eleganter differit.

Quę si à Regibus laicisq; Principibus ob-
seruantur multo quidem tanto magis
à Rege nostro Catholico, et aplicę sedis
legato propter annexam legationis digni-
tatem seruari atq; exerceri possunt. Nam
vt dixi Paulo ante potest legatus sumi

Practica de los grauamenes

Pontificis, quibusdam casibus intromittere se causę
per summũ Pontificem alteri commisse. Hinc
frequenter seruamus in Regno quod vbicũq;
Delegati Apostolici nulliter procedunt, vel
partes grauant, vel suã Iurisdictionẽ excedunt
(non loquor de Iustis ac sapientibus, qui vir-
tutum culmen adepti recte omnia exe-
quuntur) recurritur ad Regiam Monarchiã
via grauaminis: apud quã partibus auditis co-
gnoscitur an sit Illatũ grauamen, vel nõ:
et si quidem Delegatus nulliter processerit
vel partes in aliquo grauari pronunciatur
fuisse Illatũ grauamen, reuocanturq; omnia
per Regiã Monarchiã apud quã Remanet ex
Inde causa vsq; ad vltimũ finẽ. Id quod
maximę est vtilitati Regnicolis, ac
vassallis Regys, qui si Romam ire ne-
cesse haberent pro remedio contra Dele-
gatos nulliter, atq; Iniustè procedentes
(presertim in causis leuibus, ac mediocribus)
potiùs, à, lite desisterent, et omnẽ iniu-
riam ferrent, q; extrà Regnum maxi-

mis sumptibus, et laboribus litigarent.

Legitur etiam Archiepiscopū in Syracusarum Aragonię Archimandritā Messanensē supplicasse Proregi contra Inquisitorē hęresis in Regno contendentē nō debere se Intromittere in casalibus subiectis Archimandritatui, et die xviij° Martij 1514. Et fuisse prouisū per Viceregem q̄ magna Regia Curia videat, et referat, deinde Instante Archimandrita per magnā Regiā Curiā de mandato Fiderici de leto Judicis fuerunt recepti testes contra Inquisitorē Regni, super Jurisdictione Inquisitionis, vt patet in libro Regię Monarchię fo: 817. 819. ac rursus In anno 1538. Die ij° Aprilis Ambal Spatafora habuit recursū ad Proregem contra Inquisitorē Regni, ne se intromitteret contra subditos Archimandritatus: ex quo erat in possessione

cognoscendi de heresi, et causa fuit cōmissa magnæ Regiæ Curiæ referenda, vt patet in eodem libro fo: 1379. Hodiè tamen Inquisitores cognoscunt de Crimine heresis indistinctè contra omnes in Regno, Et Prorex se non Impedit in his, omniq; studio fauet Rmis Inquisitoribus in Jurisdictione contra hereticos, vel de heresis suspectos, quomodocūq; delicta heresim sapiant.

Prorex tamen consueuit cognoscere an Jurisdictio Inquisitoris sit extincta, vel non; vt aliàs legimus factū. Nam cū esset dubitatū an finitū fuisset officium Inquisitoris* Rmi Bartholomei Sebastiani, Episcopi Pactensis, Joannes à Vega Prorex cū voto Sacri Consilij pronunciauit fuisse extinctum per Aduētum

* Anno 1546. Inquisitor factus: vt narrat Paramq lib. 2. t. 2. c. 14. Plura de eodem Pirrus in Notitia Ecclesiæ Patensis

+ Is fuit Franciscus Orozcus de Arce Inquisitor factus anno 1555. ut narrat Paramus lib. 2. t. 2. cap. 14. n. 30.

Rmi de Horozco+ Inquisitoris, qui postea fuit Archiepiscopus Panhormitanus, quod in eodem libro legitur Die xxiiº Nouembris 1551.

Ad hec Dux Medinęcęli Prorex contendete Joanne Horosco nepote Archiepiscopi officiū Judicis sancti Officij exercere post mortē Archiepiscopi Inquisitoris ob substitutionē in eius personā collatā putās eā durare ex sententia Sacri Consilij Die xº Decembris 1561. Diffiniuit substitutionē extinctam esse.

potest dispensare vt ex abrupto procedatur

Sexto solent legati seu Viceregnes in Regno dispensare vt aiunt, vt procedatur ex abructo contrà clericos, vel Monacos delinquentes, quod frequentissime in praxi obseruatū comperimus non solū his temporibus Ętatis nostrę, verū etiā longè vetustissimis, Cūq; ea res nō raro in controuersiā adducta fuere ratus sū opere pretiū fore eā questionē plenè, ac dilucidè examinare scilicet an contrà clericos, vel Monacos possit procedi ex abructo ad torturā ex dispensatione legati nullo precedente processu, nec datis defensionibus, vt contrà laicos Prorex quotidie solet dispensare.

Vsus sũ quotidiano verbo dispensare quod licèt propriè nihil aliud significet q̃ Disponere, vt probat ex multis Ferdinandus Vasquius lib: p.º Controuersiarũ Ill.ium vsufrequentiũ c. 25. in princ: passim tamen accipitur pro eo quod est Jura aut Leges transgredi, siue contrà Jura, et Leges aliquid Statuere in Illa causa.

Hæc quæstio potest scindi in duo Capita p.us an ordinarijs Locorũ petentibus à prorege dispẽsationẽ procedendi contrà clericos, vel Ecclesiasticas personas ex abrupto vt dictum est possit dispensare, vel etiã eis non petentibus possit Prorex tanq̃ Legatus natus vel Monarcha mandare ordinarijs Locorũ vt Contrà clericos vel Monacos procedatur ex abrupto idest extrà ordinẽ nõ Confecto processu, non datis terminis, nec defensionibus dispensando in hoc contrà ordinem et modum procedendi per Canones Statutũ.

Secundũ est an Prorex vti Legatus natus in Regno possit deputare Judicẽ Ecclesiasticũ in causa Contra aliquos clericos delinquentes, qui cũ voto et Consilio magnæ Regiæ Curiæ, vel alterius contra eos ex ab-

ructo idest dispensatiuo modo procedere possit
ad torturam ac deinde ad exitum causæ.

Quo ad primum videtur Judices Ecclesiasticos
ordinarios non posse, à prorege postulare
huiusmodi procedendi modum cum Judex
Ecclesiasticus adstringatur seruare cano-
nes sub pena, quam tradit Prepos: in c.° nõ
nulli 19.ª distin: Et si ex contentu non ser-
uat punitur Abb: in c.° cum non liceat de
præscrip: et in c.° Ego n.° 31. et Ibi Felyn: de
Jur: Juran: Afflic: in constitu: de personis infra:
Bernardus Dias in practi: Crim: Cano: c.° 136.
fo. 398. at de Jure Canon: non potest procedi
ad torturam contra clericos nisi data prius
copia Inditiorum, et auditis eorum defensionibus
vt Comuniter notant Docto: in c. cum in con-
templatione de Regu: Jur: Imò dixit No-
tabiliter Soccin: Cons.° 20. n.° 19. inter
Consil: Curt: senio: quòd procedere ad tor-
turam non admissis defensionibus est con-
tra leges diuinas naturales et humanas
verum hæc videntur probare vt Ipsi Ec-
clesiastici ordinarij hoc suo marte ex
se facere non possint non autem vt non possint
hoc impetrare ab eo, qui potestatem id con-

cedendi habet. Igitur existimo nulli dubiũ fore quin, à, Sũmo Pontifice hoc peti possit atq; Itidẽ à quocũq; alio superiore ad Id potestatẽ habẽte. in pœnã enim Canonũ Incurritur quoties ordinarij ex se ipsis Canones nõ seruãt vel ex contentu non autẽ cũ, à superiore potestatẽ habente facultatẽ procedendi præter ordinẽ Canonum consequuntur.

Ordinarijs verò non petentibus videtur legatũ natum nõ posse generaliter mandare vt in omnibus Causis Contrà clericos vel monacos ex abructo nullis auditis defensionibus procedant. cùm nec legatus natus nec legatus de latere possit condere legẽ generalẽ Contrà Canones, et vti clausula nõ obnte et.c. cap.º pnti de offic: legat: in vj.º vbi id notat Joan: Monac: ~~et probatur~~ in addic: adeũ, et est tex: in c. q.º ad translationẽ de offic: legat: vbi ad literam Guido Papa et Cõmuniter Docto: nec legatus de latere potest dispensare contra Constitutiones, et Statuta Sumorũ Pontificum Docto: in c.º significasti de elect: Specul: in tit: de legat: §. nũc ostendendũ

vers.° 18. et expressim notant Joannes de Imol:
Abb: et Barba: in c.° Jus de offic: legat: ad id
est tex: in l. forma C. de offic: præfect:
prætor: quòd licet Princeps concedat præ-
fecto prætorio potestatem condendi leges
non tamen censetur concessisse potatem
derogandi legibus legatos autem de latere
pares existimari pro consulibus et prefectis
prætoreo docet Lucas de pena in l. p.ª C. de
divers: præd: urb: lib: xj.° Capit: in cap.° impe-
rialem in princ: col. 141. et 143. Boer:
in tract: de offic: et potest: legat: n.° 44.
vers.° nō potest legatus contra leges et
constitutiones disponere.

Dixi generaliter dispensare quia doctissimus
Dnicus de Soto in tract: de just: et jur:
lib: p.° q. vij.ª art: 3.° sic scripsit ille in-
quit) cui regimen incumbit multitudi-
nis potatem habet dispensandi super
lege humana in certis casibus, et cū certis
personis dū igitur ait cū certis personis
significare vult nō licere cū omnibus

dũ etiã dixi in certis casibus significat non in omnibus casibus 3°. Dũ ait potestatem habet significat hoc ei necessariũ non esse. Ab hisce tribus significationibus ac dictis nõ longe recedit sententia Ferdinan: Vasq: lib: 1°. Controuer: Illmiũ. vsufrequen: c°. 25. n°. 8. quamq; ipse aliquantulũ in diuersam habeat sententiã. Nã censet in primo vt cũ omnibus personis in quibus cessat ratio legis fieri possit ~~et~~ debeat à superiore dispensatio: Deinde vt nõ solũ in certis casibus sed etiã in omnibus in quibus cessat finis legis fiat dispensatio. Tertio vt superior nõ solũ possit verũ etiã necesse habeat dispensare. In hoc ergo Ambo conueniunt, vt generaliter fieri nõ possit, sed specialiter possit, ac debeat.

Quo ad secundũ an possit deputare Judicem Ecclesiasticũ eiq; mandare vt in causa procedat ex abrupto cũ voto magnæ regiæ Curiæ. Id quod sepissime vidimus factũ

arbitror quod si loquamur de clericis non exemptis qui subditi sunt suis prelatis, à Judicibus Ecclesiasticis ordinarijs contra eos legatus et Monarcha in Regno non possit cognoscere nisi via grauaminis, vt communiter est vsu receptum posset tamen ex causa vt infra subijciam postulantibus prelatis ordinarijs concedere potestate procedendi in illa speciali causa ex abrupto nullis auditis defensionibus id quod nuperrime actum fuit contra quosdam fratres Capuccinos inquisitos de nece eorum Prouincialis, à quibus cum fuisset habitus recursus ad Monarchiam via grauaminis ob non seruatum ordinem Judiciarium fuit declaratum nullum fuisse illatum grauamen.

Sin autem sint clerici vel alie Ecclesiastice persone exempte à potestate ordinariorum ex priuilegio, vel prescriptione. Cum legatus in Regno contra hos cognoscere possit licet regulariter, et perpetuo in omni causa ac pro quolibet Crimine non debeat contra Jura Canonica

dispensare vt procedatur ex abrupto denega-
tis defensionibus, quia in Monarchia pro-
cedendum est secundum canones, vt aiunt
Doctores Siculi, et memorat Capitius
decis: 137. n.° 15. Attamen quando delictum
est adeo enorme et atrox vel patrator sce-
leris est repertus in fraganti, vel facinus
est notorium vel timetur populi tumultus
vel quando adest Justa causa bonum publi-
cum respiciens, vel quando agitur de homi-
cidio qualificato sui prelati vel superioris
vt in proxima causa Cappucinorum poterit
legatus et Monarca in Regno dispensare
vt procedatur ex abrupto ad torturam, quia
ex causa receditur à regu: superiore et non
solum supremi Principes sed etiam Inferiores
possunt vti clausula non obstantibus legibus in
contrarium disponentibus, et transgredi Juris
dispositione ita tenet Bal: post Glos: in
l. ictus Justiniz vers.° extra predicta oppono
ff. de Infamibus, Anto: et Imol: in c.° fin: de
Trasact: Bal: et Jas: col. 3. in l. omnes
populi de Justit: et Jur. Felyn: in c.° p.° de
Constitu: arg.to tex: in l. si hominem ff. man-
da: Alex: in l. nemo potest. n.° 5. de

lega: p.º cons.º 248. lib: 2.º Abb: in c. studuisti de offic: delegati, et in c.º at si clerici §. de Adulterijs col. 5. de Judic: Ripa in d. l. nemo potest. n.º 15. Jason n.º 8. in p.ª et ly.ª lectura Crot: n.º 5. Ferdinan: Cohaz: in allegat: pro Marchione de velis in p.ª dubit. n.º 7. et xj. vbi in numeros pro hac opinione citat fo: 339. et n.º 104. fo: 354. Arrius pinellus in rub: de rescind: vend: p.ª par: c.º 20. n.º 6. hanc demũ esse cõmunẽ opinionẽ censet nouissimè in Legato Ferdin: Vasq: in lib: p.º de succes: Creat: §. 6. n.º 5. et xj.º et satis pulchrè in lib: Controuer: Illus: vsufreq: c.º 31. c.º 36.

Nam ex causa fas est Judici etiã Inferiori leges transgredi, vt cõmunẽ doctorũ opinionẽ testatur Ferdin: Vasq: lib: p.º Controuer: Illust: c.º 35. n.º 24. ex causa enim multa specialiter conceduntur, quę aliâs nõ permittuntur.

Hinc fit vt licet statutũ compellens certas personas ad compromissũ faciendũ nõ valeat tamen

tamen si fieret ex causa beneualeret vt consent plurimi relati per Ferdinandum lo haz: in d. alleg: in p.ª dubita: n.º 109 et 110. quo loci addit q̃ licet Episcopus nõ possit pias testatorũ voluntates mutare nec alterare, quia hoc solius est summi pontificis, vt habetur in clem: quę contingit in p.º de religios: Domib: tamen ex causa Epus poterit efficere vt Notant Docto: in c. cũ accessiset de Constitu: et in c. cũ venerabilis de exceptionibus p multos alios refert lo haz: n.º 82. hinc nimirũ et Illud dici solet Epum ex Iusta causa posse transgredi Decretũ Consilij, vt per Marsil: Singul: 182. Rom: Cons.º 428. Vasq: d. c.º 31. n.º 5.

His affine est, et Illud quod licet summus Pontifex nõ possit Ius Diuinũ funditus tollere potest tamen ex causa Illud moderari, interpretari, aclimitare et circà Illud dispensare vt Comuniter ayunt Docto: in c.º p.º 5.ª distin: et in c.º quę in Ecclesiarũ de Constitu: innumeros

— congerit lo haz: vbi sup.ª n.º 69. Illud tamen admonet Felyn: in c.º fin: de maioritate et obedien: col. fin: q.º quando fit mentio de potate Pape in his que sunt de Jure diuino nõ est arguendũ de toto ad partem vt nõ tollit in totũ ergò nec in parte multiplex enim datur instantia ad ostendendũ aliud esse loqui de particul: constitu: limitatiua Juris diuini seu dispensatione ex causa aliud loqui de vniuersali contraria ordinatione q.d pluribus exemplis confirmat Paul: Burga: in tracta: de regularit: et dispensat: par: 3.ª Conclu: p.ª n.º 7.º

Vnde licèt in ore duorũ vel triũ stet õne verbum, vt habetur numer: c. 21. et Deut: c. 17. et 19. et in sacro Euangel: Matthei c. 18. et Joan: c.º 8. c. in omni, et c. licet de testibus tamen ex causa potest Papa statuere quòd plenè vni testi credatur in certis causis licèt nõ generaliter ità tradit Abb: post Inno: in c. nuper, et in c. cũ, à nobis de testibus, et in c.º sicut de

probat: Jas: in l. admonendi n.° 191. ff. de Jur: Juran: Mathesila: sig: si. et plerique alij, quos Congerit apostil: ad Roma: singu: 715.; licet hoc non sit proprie dispensare circa Jus diuinum, quia scopus legis Diuinae respicit veritatem, vt excludatur falsitas, quae veritas stabit in ore Duorum vel trium Ideoque licet in aliquibus casibus videatur aliter statuendum circa numerum testium non per hoc censetur variatum, vel immutatum ab Illa incomutabili lege Diuina, quae respicit exclusionem falsitatis: Nam in hoc nulla fit mutatio, vel variatio quamuis circa accidentia fit mutatio scilicet circa numerum testium per ea, quae scribit Diuus Augustinus lib: p.° c.° 5. in fin: de libero arbitrio.

Defensio quoque licet de Jure naturali videatur existere Illam ex causa sumus Pontifex potest tollere, vt notat Albert: de Rosat: in l. omnes col. 1.a de Episcop: et Cleri: Angel: in l. si sic

ff: de legat: p.º Nellus in tracta: bãnitorũ in 2.ª q. 21. Temporis Alex: in l. cũ mulier col. 5.ª vers.º et pro Confirmatione ff. solut: Matri: et Deci: in c. Dilecti col. 7. vers.º quia supra de except:

— Statutũ etiã nõ valet tollens defensiones nisi ex Justa causa propter demerita, vt notat Paul: de Castr: in l. p.ª §. Jus gentiũ n.º 4. ff. de Just: et Jur: Hyppol: bonaccossius lib: cõmunium opini: Criminaliũ in Vbo defensio fol: 47.

Et nouissimè multis probat Ferdin: Vasq: d. lib: Controuer: Illustriũ vsufrequen: c.º 36. qui hanc conclusionẽ, vt defensio ex Justa causa adimi possit intelligit p.º licere principi. 2.º licere etiã magrãtibus ordinarijs. 3.º nõ solũ licere sed etiam necesse esse. 4.º licere in ciuilibus. 5.º licere etiam in criminalibus. 6.º licere Principi de plenitudine potestatis, 7.º licere ei etiam de potestate ordinaria, quod etiã Capit: 31. explicauit.

Ideoq; legatus potest dispensare vt procedatur ad torturã denegatis defensionibus fortius autẽ vt ex abrupto procedatur cũ eo casu defensio non tollatur sed differatur, potest enim reus post torturã suas defensiones facere suaq; innocentiã probare arg^to eorũ, quę supra relata sunt de moderatione, et limitatione Juris diuini Id quod in foro etiã Conscientię obtinet vti satis Egregie docet Doctor Burgensis de pace in quinta parte l. 3. tori n°. 1452. et ga agitur de ordinarijs Judiciorę ex notatis in c°. cũ Ecclesia Sanctę marię de Constit:

Hęc autẽ omnia sic accipienda vt causa sit Justa Nã Dispensatio quę fit sine Justa causa potius dissipatio est q; Dispensatio vt apposite atq; eleganter dixit Archidiaconus in c°. consequens 2ª. dist: et Ferdin: Vasq: lib. p°. Controuer: Illustr: vsu frequent: c. 26. n°. 10. Cui alludit Illud, quod de principe dicitur quando vtitur plenitudine potatis sine Justa et rationabili causa, vt dicatur plenitudo tempestatis veriusq; potestatis

quod adduxit Soccin: cons.° 120. lib. 3. n.° 14.
Ferdinan: Cohaz. in allegat: p Marchione
de velis pag: 54. n.° 65. Soccin: Jun: cons.°
65. n.° 6. lib. 2.° Grauet: de antiquitate
temporis par: 5. n.° 3. Cumulate Vasq:
dicto. c.° 26. n.° 11. ⁊

Hęc verò multo facilius admittenda erunt
vbi ageretur de crimine assassinij actione
in q.° Laycus de cler: cognoscere potest
quorum multæ species numerantur p Bernar
dum De Laurentio, qui fuit Presidens Tho:
losę in tractatu cui titulum inscripsit
Casus in quibus Judex secularis potest
in personas Clericorum sine metu excomu:
nicationis manus Imponere p Aufrer: la:
tissime in tracta: de potestate seculari sup
Ecclesijs et personis Ecclesiasticis Joannes
Ferrault in tract: de Juribus et priuilegijs
Regni francię per Carolum de Grassalium lib:
2.° Regal: francię Jur: 17. et per Gram:
in Constitu: Regni de personis ad alios
Casus refert Julius Clarus in sua praxi

criminali q. 36. nouissimè eos congerit
Ludouicus Messia Hispanus pragma: taxe-
panis in 5.a conclus: n.o 21. cũ pluribus
sequentibus. Tunc enim Prorex pro
cederet tamq̃ Princeps secularis in
quo nulli dubiũ est, nec jam p quemq̃
in dubiũ reuocatur, quin possit circà
modũ procedendi dispensare cùm Pro-
rex in Regno possit Prag.cas ac consti-
tutiones contrà jus cõmune condere
et Informa cõmuni Priuilegio Vice-
regio adest clausula alterũ nos
facimus in quo verborũ cõpendio compre-
henduntur omnia, quæ excogitari
possunt, vt censeatur esse Idem
Rex nõ alius Bal. cons. 333. lib. 1.o
cons. 457. lib. 5.o et cons. 359. lib.
3.o vbi ait Principem vti posse
plenitudine potatis p vicarios et exer
cere p eos sicut p se ipsũ sequitur
Aymon. Craut: cons. 63. n.o 7.o quod ipso

usu quotidie factitari cernimus. at hec verba
privilegij recipiunt interpretationem ab usu
Bar: cons. 59. Rom: cons. 271. n. 4. unde
videmus proreges in jurisdictionibus ut
prerogativis ac potestate principis absoluti
superiorem non reconoscentis. ubicumque enim de
potestate proregis querimus non adhimus jura
loquentia de offitiis sed de principe vel
Imperatore. hinc ~~nirum~~ nimirum leges tituli
quando libellus Principi oblatus etc. qui
loquitur de Principe nec habet locum
in representante principem ex sententia Ro-
mani et Jasonis ibi, et afflic: in c. p.
in princ: n. 34. que sint regalia in
Regno tamen obtinent vim suam in
Proregibus, et in causis spolij offer-
tur supplicatio infra bimestre et perpe-
tuatur actio, juxta illum titulum. Item
Proreges semper commiserunt causas sum-
marie et de plano non obstante cap. Regis
Alfonsi, quod confirmat ~~[illegible]~~ ritum
ubi in calce Rex abdicat a se pota-
tem absolutam veniendi contra Capla. Idque

cũ Juramento. Attamen Prorex quotiẽ in crimi=
nalibus dispensat quod nõ potest facere nisi
solus Princeps, Oldrad: cons.° 100. Cardinal:
in clem: prima decentibus, quia Princeps nõ
tenetur seruare ordinẽ Judiciariũ in proce=
dendo. Bal: in c.° p.° Col: fin: de nou: form:
fidelitatis. Jely: in c.° in causis de re Judica:
Par: de Put: in 8bo sententia Col. 12.
et 13. Afflic: in c.° p.° in principio. n.° 72.
— et seq: quae sint regalia ex quibus nulli
Dubium est Prorege posse ex abrupto
procedere dispensareq; contra Clericos
in criminibus, in quibus priuilegio fori
nõ Gaudent.

potest excommunicare

Septimo legatus potest excõmunicare c.
legatos de offic: legat: in 6. et c.° p.° et
8.° eodem c. p testes. 25. distin: c.° de
his. 12.ª distin: c.° Corripiuntur. 24.
q. 4. Petrus andreas Gambarus in tract:
de offic.° et potestate Legati lib. 8. in prin=
cipio. n.° 20. nec refert q; sit laycus
Nã de legatus Pappe laycus habet

Jurisdictione Ecclesiastica, et vice delegan-
tis fungitur, et potest excomunicare Jas:
in l. si pretor in 2°. natabili ff. de offo
eius, et in l. imperiu. n°. 11. de Jurisdic: om:
Jud. Cagnol: in Rub: de offo eius n°. 66.
hac potestate excomunicandi Comes Urger:
ac ceteri prisci eius successores passim usi
sunt in eorum litis a mandatis pro eorum obser-
uatione, que quidem potestas ex mu-
nere legationis non ex Regia dignitate
eis accedebat. Et si Carolus de Grassalius
lib: 2°. Regal: Francie Jur. 9. Vs. hinc
3°. fo: 269. Dicit Rege Francie alios
saltem Laycos ex Justa causa ex
comunicare posse secundum Vincentium
Cyg: in allegat: suis de bello Italico
c°. Regali Vs. superest videndum, quia
secundum eum excomunicare ~~pos~~ est potius
Jurisdictionis, quam ordinis, quem sequitur Jacobus
Bonaudus in suo panegirico post tracta:
Jo: de Terra Rubea Contra rebelles
col. 4. Arg: c. propter Juncta Glosa

in verbo ducibus 33. dinstin: facit Glos: in l. adi-
gere ff. de Jure patro: quod Princeps habet vim
apostolici, vt de Rege Francie tradit Bal: in
c. significantibus de offic: delegat: Felyn: in
c. cũ non liceat de prescript: ¿

Potest etiã legatus de latere absoluere ab excõ-
municatione, que incurritur ob violentas ma-
nus iniectas in clericũ, quando percussio fuit
Enormis, vel ex persona Iniuriata consti-
tuta in dignitate, vt Episcopus, vel Abbas,
vel ex re ipsa si ad mutilationẽ Membri,
vel maximã sanguinis effusionẽ fuit proces-
sum, quod nõ potest legatus natus Gondissal-
uus auilladeg: in tracta: de lega: q. 13. de
qua re extat hyspanorũ lex 23. tit.º 9. par:
p.ª vers.º la terzera maniera delegados,
vbi Gregor: Lopes quo vero ad alios casus
legatus natus si à Jure inflingitur sentia
excõmunicationis, et absolutio est reserua-
ta Papæ non potest legatus se intromittere
Juxtà notata p Jo: Andr: in c. eos. in nouel.
de senten: excõmunic: lib: vj.º Nã de reseruatis
Papæ regulariter se nõ intromittit, vt in c.

quos ad translationes de offic: lega: et in c. nisi
specialis eodem tit. si tamen absolutio no esset
Papæ reservata, et est excomunicatio Juris
potest absolvere in omnibus illis casibus,
et excomunicationibus inflictis à Jure ubi
Papa sibi specialiter ea no reservat, vt in
c. nuper de senten: excomun: si verò agitur
de excomunicatione hominis tunc aut agitur
de lata per viam sententiæ generalis, vt pote
si Judex fulminet sententiam excomunicatio-
nis in omnes furtum facientes Juxta tex: in
c. ex frequentibus de institu. et not: in c.
à nobis II q. de senten: excomun: poterit le-
gatus etiam si non sit de latere absolvere, quia
posset Episcopus per dicta Jura cum quo concurrit
legatus.

Aut vero agitur per viam sententiæ particularis
siue specialis, et tunc si per Papam no se intro-
mittit legatus de ea absolvendo Idem si per
ipsum delegatus lata fusset. c. studuisti
de offic: legat: nisi in casibus, in quibus le-
gatus potest se intromittere de causa per
Sedem apostolicam alteri comissa de quibus

sup.ª vers.º 5.º legatus, vel quando delegatus nulli-
ter procedit, quia quod nulliter factũ est factũ
non censetur Clem: pastoralis de re Judi: Corn:
cons.º 325. n.º 11. lib.º p.º et Nouissimè insignis Mar-
tinus Nauarrus in c.º cũ contingat in 3.º remedio
ds.º 4. in indiuiduo pag: 160. scribens esse Ibi ex-
multorũ Canonistarũ et Theologorũ auctoritatibus
sententiã excõmunicationis, quę aliqua de causa
est nulla timendã nõ esse c. cui, et c. nõ debet
11. q. 3. vbi gregorius non debet Inquit Is pœnam
subtinere Canonicã, in cuius dãnatione nõ est
Canonicè prolata sententia firmans Idem Marti-
nus Nauarrus Ibidem auctoritate Paludani in
4. distin: 18. q. 1. col. 3. à Diuo Antonino Archi-
epis: Florent: in 3. par: tit: 24. c.º 73. excõmu-
nicatũ nulliter denunciatũ publicè non teneri
abstinere à diuinis neq; ab alia hominũ cõnio-
ne legitima modo nullitatis causa puta appel-
lationis, vel alterius Justę causę publicata
fuerit per eũ, et Idem Nauarrus in suo ma-
nuali Confess: Romæ ab ipso auctore Latini-
tate Donato. c. 27. de censuris n.º 3. ait ex
cõmunicationẽ nullã nihil aliud operari in
foro interiori neq; exteriori, q̃ quod obligat
excõmunicatũ ad seruandũ eã, quo ad Populus
sibi persuadeat, aut debeat persuadere

causas nullitatis ad euitandū scandalum ;

Quibus nō obstat Angelus de clauas in sūma in verbo excōmunicatio. 4. §. 19. qui casibus quindecim paulo ante ab eo relatis, quibus excōmunicatio Ipso Jure est nulla, quorū xi. ponit Glos: Singul: post Joan: Monac: in c.° presenti de sententijs excōmuni: lib: vj.° subijcit hęc verba in omnibus prędictis casibus sententia excōmunicationis nullo modo est timēda, nec quò ad Deū, nec quò ad Ecclesiā, quādo Notorie constat de aliquo Ipsorū, sed quando non constaret tunc quò ad Ecclesiā esset timenda, et Ipsam contennens peccaret mortaliter, et posset excōmunicari, quem ad verbū eo non citato refert Siluester in sūma in verbo excōmunicatio. 2.° not: vers.° 15. hoc enim eius dictum dū de notorio loquitur secundū Nauarrū in d. c. cū contingat vers.° 4. Infertur fol: 168. intelligi non debet eo modo, quo notoriū capitur in c. vrā de cohabita: Cler: et mul: et Ibi definit Anto: de Bu: n.° 31. Nec Item vt accipitur in c. fin: de tempo: et ord: sed in genere pro eo, quod est manifestū, hoc est

— secundū Panhormit: in d. c. vrā. n.º 13. per clamo-
sā insinuationē certo auctore precedente pa-
te factū alioqui Ang: Clau: contrarius esset
Paludano, et diuo Antonino; Imò etiā pdictis
Juribus, quod non est Credendū.

Quod Clarius ex verbis Gabriel in 4. distin:
18. q. 2. col. 11. dignosci potest, qui in hec ver-
ba scripsit, si verò excōmunicatio fuerit nulla
ob defectū Jurisdictionis super excōmunicatū
simpliciter, vel in Illo casu, quo fertur ex-
cōmunicatio, vel quia fertur post appella-
tionem legitime interpositā, vel ob aliū de-
fectum propterquē ipso Jure est irrita, tunc
non oportet eā timere, nec pro excōmunicato
agere, seu gerere vitando cōmunionem
Sacramentorū, et hominū, quoniā quod non
est, non oportet timere, sed Dū sententia
est nulla Jam nō est excōmunicatio,
nec quò ad Deū, neq; quò ad ecclesiam
quia secundū veritatē nullā sententiā
Juris incurrit, qui sententiā, quę nulla
est, nō custodet, timenda tamen est nō
sententia, sed scandalū Populi vulgaris

nescientis sententiā esse nullā, vnde si aliquis publicè excōmunicatur, et denunciatur nulliter, et ex aduerso publicet ipse sufficienter causam propter quā sentia est irrita, quo facto nō pareat sentiæ, et si aliquis tunc scandalizatur, non est scandalū pusillorē, sed Fariseorū contēnendū, secundū Regulā Christi Matthei 15. Attamen non tenetur eā seruare in occulto ante scandali sedationē, sed neq; in occulto nec in publico corā sapientibus, quibus nota est nullitas sententiæ teneatur eā obseruare, Hactenus Gabriel in quā sententiā consentiunt Paluda: Siluester, et Cōmuniter Doctores, vt testatur Anton: Cordubensis lib. 5.° questionū q. 43. vers.° in omnibus legitur casibus in fin: quo loci parificat sententiā excōmunicationis latā post legitimā, et rationabilem appellationē, vel si feratur à Judice rationabiliter, et legitimè recusato. ./.

Pro quibus facit Decisio Glos: singul: in c.° solet

c.° solet de sentent: excomun: lib. vj.° que
dicit eu, qui ante excomunicationē appella-
uit ex quo de sua confidit appellatione
securè celebrare, quā Glos: omnes ibi probant
que in his verbis ex quo de sua appellatione cō
fidit singulariter sentit, quod clarius Perus
et probus explicant nempè eu, qui bona fide
credit suā appellationē tenere, et ea fiducia
ductus missauit non esse Judicandum irre-
gularē, licèt postea apparuerit, et Judi-
catū fuerit eā nō fuisse legitimā neq; te-
nuisse ad Idem tex: in c.° licèt de senten:
excomun: vbi habetur excomunicatum
post appellationē, neq; in electionibus,
neq; postulationibus esse vitandū, et
dicit Achidi: in c.° Curę xj. q. 3. quamuis
sit credendū alicui ordinario denunci-
anti aliquē excomunicatū si tamen scias
pro certo Denunciatū ante excomunicatio-
nem appellasse securè, et pro certo potes
Illi cōmunicare extrà de appella: c. di-
lectis infin: Nā ipse Denunciatus potest
se ingerere cōmunioni, et Diuinis hęc Ille
Imò ordinarius nō tenetur seruare censuras

nullas delegati apostolici Nauarr: ind. c.
cũ contingat in §. remedio, et inquit Abb.
in c. dilectis col. 4. de appella: vltimo
nota ex fine litere, quod denunciationi su-
perioris denunciantis aliquem excomunicatũ
et vitandum non est obtemperandũ, si pro-
babiliter constat veritatem esse in contra-
riũ, vt puta quia excomunicatus est post
appellationem legitimam ex quo not: quod
non tenentur subditi obtemperare pre-
lato denuncianti excomunicatũ post
appellationem vitandũ hactenus Ille,
cuius, et aliorũ sententias sic retuli,
quo res hęc quotidiana dilucidior fiat
redeundo igitur ad materiam absolutionis.

Si per aliũ inferiorẽ sententia excomunica-
tionis lata fuerit non poterit delegatus
de ea cognoscere nec eam reuocare sine causę
cognitione, et secundũ iuris tramites c. cum
contingat de offic: delega: c. ad reprimen:
de offic: ordinary: c. per tuas de sentent:
excomunicationis sic putat speculator in
titũ. delega: §. nũc videmus versũ. quod -

autē et Gondissalvus à villa deg: in tract: de
lega: q. 13. n.° 13. quo circà in Regno citrà
difficultatē observatū fuit quòd si quis via
appellationis nullitatis grauaminis vel quę-
relę ab excōmunicatione prelatorę recurrit
ad Regiā Monarchiā, ab ea datur Ju-
dex Ecclesiasticus cū consilio magnę regię
Curię vel aliorę Juris peritorę à quo Ju-
dice petitur absolutio ad Cautelā Juxtà
tenorē Capli cū contingat de offic: de-
lega: c.i aplice de except: et c.i ad pre-
sentiā de appellat: c.o cū desideres. §.
p.o c.o pertuas. c.o venerabili; de senten:
excōmun: et c.o venerabilibus §. fin: et
c.o solet, et Ibi annotata p Jo: Andr:
ab omnibus Ibidem relatū ac receptum
de senten: excōmun: lib. 6. allegando
Capita nullitatū, et grauaminū, ~~his~~
Is quidem Judex plerūq; absoluit excōmu-
nicatū ad Cautelā Causa Comparendi in Judē
pro expedienda causa appellationis vel gra-
uaminis à sentio excōmunicationis Nēpē
quia actus absolutionis ab excōmunica-

tione fieri potest etiam pendente appellatione
vt traditum est, à Specul: in §. nouissime
de appellationibus Lancel: Corra: de Pretore
§. 2°. de offic: pretoris in Causis Ciuilibus
de appell: sub n°. 21. Vers°. x°. Idem do=
cet Robert: Lancel: in tracta: de
attenta: 2ª par: c°. 12. de attenta:
appellat: pendente vers°. 23. Fallit
potest quoq; etiam fieri et si appellatum
non esset, quia sententie excomunica=
tionis et Interdicti nunq; transit in
rem Judicatam, semperq; reuocari potest
patefacta Illius Iniustitia c°. ad reprimendum
de offic: ordinarij c. sacro de senten: ex=
comun: c°. licet eodem Tit° lib. 6.
Abb: in c°. Consanguineum n°. 9. de re Jud:
Francus in c°. q°. fronte notabili 8. de ap=
pellationibus Quintilian: Mandos: in tract:
de munitorijs q. 16. in fin: Quamq; nec
Illud extra controuersiam est an
pendente Jud° nullitatis excomunicatus
euitari debeat de quo in c°. solet de-

Senten: excomun: lib. 6. quod attingit Gregorius Lopes in l. 30. tit.° 9. par: p.ª in Glos: p.ª concluditur tamen quod absoluitur ad Cauthelã ad eũ fin: predictum posteaq; de nullitate, vel iniustitia cognoscitur Glos: in c.° per tuas de sentent: excomu: Paul: Burgas: in tracta: de Irregula: par: 6. de Absolut: à Maior: excomun: n.° 5. fol: 388.

Interdũ quoq; scribitur ad Prelatũ, qui excomunicauit, vt absoluat Id, quod ex vrbanitate fit potius q̃ ob Iurisdictionis Impotentiã cũ de Iure superior ad quem appellatur, à sententia excomu: potest, vel Ipse absoluere, vel remittere absoluendum à Prelato, vt docet Gondissal: à villadeg: in tract: de lega: q. 13. in fin:

Pragmatica Catalana dicta de officialib. Regijs non facile excommunicandis, id est sine licentia Regiâ.

Extat etiã in Regno Pragmatica Regis Alfonsi, quę Cathalana cõmuniter appellatur per quam sub pœna temporalitatũ prohibetur Prælatis ne excõmunicent officiales, nec Regios Vassallos sine licentia Regia, vel Viceregia in his verbis. ¶ Item com lo dit Señor sea informat que los off. prelats del dit Regne, ò, lurs officials por qual seuol debat, que hayen ab los officials del dit Senyor ny al Visrey del dit Regne procheyen, à, excomunicar los officials vassallos del dit Senyor de que se seguexen gran dans, et inconuenients volent aczò proueer mana, e vol ghe lo dit Visrey amoneste los dits prelats e lurs officials, que de aqui auant si debat sarà algun entre los dits officials, e vassallos del dit Senyor de vna part, e los dits prelats, ò, lurs officials y personas ecle-

siastiques de la part altra no procedesquen
à excomunicatio, ò, altre de aquella sens
que primer no notifiquen lo preuudici que
pretenderan esser los fet al dit Senyor
si present serà en lo dit Regne, ò,
al dit Visrey en absentia del dit
Senyor, que sobre aczò los proueyan
de Justicia e si lo contrari de aczò
per los dits prelats, ò, lurs officials
sera attemptat vol lo dit Senyor
en tal cas sea procehut contra
à quells, à, occupaçion deles tem-
poralitats de aquells las quales les
sian detengudes fins, à, tant que
ells hayen reduhit al primer stat
tot lo que contra los dits officials
no obseruada la forma de sus dicta
humiessen fet, ò, attentatz que

pragmatica de mandato Illustrissimi
Joannis à Vega cum voto sacri Con-
silij in anno 1556. fuit notifi-
cata prelatis Regni, et defendi
potest, quia Rex, et eius Pro-
rex in Regno Siciliæ est le-
gatus Natus Sanctæ Sedis
Apostolicæ, et, à, nemine
Judicari potest nisi, à, Summo
Pontifice. Et hic est vnus de
casibus reseruatis, quos enume-
rat Petrus Andreas Gambarus
in tracta: de Offic: et potesta:
Legat: lib: 2°. n°. 158. fol: 34.
Ideoque tanquam maior non
* potest Excommunicari

ab Inferioribus, vel parē Jurisdictionē haben-
tibus c. nullus de Parrochijs. Nauarrus in
suo Manuali confessorum c. 27 n.º 4. et huius
Priuilegij ~~[illegible]~~ seberent esse participes consiliarij, ~~et~~ Regij
officiales. Nam Idem Priuilegium habet fa-
milia, quod Dominus c. Ecclesia: 12. q. 2.ª
Ideoq; Priuilegiū Regis Franciæ ne possit
excōmunicari, de quo per Vincentiū Cigault
in allega: suis de bello Italico in fin: in c. ca-
pitulū sententiæ excōmunicationis extendi-
tur ad eius officiales, vt tenent Jo: Feral-
dus in tracta: de Juribus, et priuileg: Regni
Franciæ Priuilegio vj.º et Carolus de Gras-
salius in tracta: Regal: Franc: lib. 2.º
Jure. 9. Jacobus bonaudus in suo panegirico
post tracta: Jo: de Terra rubea contra re-
belles col. 3., qui etiā referunt in Parla-
mento Parisiensi pronunciatū fuisse quòd
in monitionibus generalibus non comprehen-
duntur officiarij Regij. ?

Defendi etiā potest ex his, quæ tradit Corset-
tus in tracta: de potesta: Reg: in 4. par:
n.º 8. post Docto: quos allegat, quē etiā se-
quitur Senat: Pedam: Decis: 30. n.º 15. con-

cludentes posse principē interdicere, siue inhibere Episcopis, et eorū Vicarijs, ne quemq̄ excommunicent nisi prius excōmunicationis causa ostendatur, quę sententia confirmari potest ex his, quę stradit Didacus Couarr: post Jo: drido: libr: pract: 9. cap: 35. n.º 4. aliud enim est mandare ecclesiastico, quòd non excōmunicet, aliud verò mandare, ne sine licentia excōmunicet, in hoc tamen consideranda sunt verba sacri consilij Tridentini sessione. 25. c. 3. Ibi, ne fàs autē sit seculari ciuilibet magistratui prohibere Ecclesiastico Judici, ne quem excōmunicet, et a Ibi, quę nō videntur recipere supradictam interpretationem.

Visitare

Octauo legatus potest visitare Ecclesias bonos mores tuendo, et prauos corrigendo generaliter de Vita, et moribus inquirendo prauintiamq̄ prauis hominibus purgando. Hæc visitatio quandoq̄ ad Regias literas, quādoq̄ ad Viceregias acta est Interdū etiam generalis visitatio omniū Ecclesiarū Regni fuit demandata interdū particularis Id quod

ex Registris, à, tempore Regis Ferdinandi pa-
lam omnibus esse potest.

In Anno. 1552. Die 13.° Decebris Joanes, à, Vega
tunc Prorex ex mandato Cesareę M.tis Caroli
Quinti cōmisit visitatione generalē omniū
Ecclesiarū Regij Jurispatronatus R.do
Jacobo Arnedo, et Die xvij.° Martij 1556.
Idem Joanes, à, Vega cōmisit visitationē
Monasterij Virginū Sanctę Lucię Ciuita-
tis Syracusarę exempti, à, Jurisdictione
Episcopali R.do Patri Philippo Cassino Rec-
tori Societatis Jesu, et fratri Augustino
Randatio Capuccino. Itē per literas Re-
gias Philippi Regis Dni nri fuit cōmissa
visitatio generalis Doctori Didaco de Arne-
do omniū Prelatorū Abbatū Priorū Comē-
datariorū, et aliorę beneficio possidentium,
quarę Exequutorię ad relationē Dominorum
Francisci Prouinzalis, et Antonij de Syracusis
Jure consultorę ea etate nō modicę Auctoritatis
fuerunt concesę Die vj.° Aug.ti 1557. preter
personas Prelatorę de quibus Regem con
sulendū retulerunt. Nouissime Marcus

Antonius Coluna Prorex Dns meus ~~tt~~ in año 1578.
Comisit exequutione dictae visitationis Rdo
Don Thomasio de Afflictis.

Ius visitandi competere Regi vti Monarchae

Et licet aliquibus in literis supponatur visitationem
fieri per Delegatos man.to Regis tanquam Monar-
chae in aliquibus vero tanquam habentis Jus
Patronatus Ecclesiarum et Prelatiarum Regni
tamen re vera hoc Jus visitandi competit
Regi vti Monarchae; quia legatus natus
ex dispositione Canonum habet Jus visitandi, ut
in specie tradit Fran: Pavi: in tracta: de visi-
tatione in q. 2.a p.e par: n.o 13. in 14. vol:
tracta: et ex consuetudine Jus visitandi potest
cuilibet competere dummodo habeat Jurisdic-
tionem, vt tenet Socci: in tracta: de visita-
tione lib: 4. q. 8. n.o 4. et lib: 6. q. 7. n.o 9.
quem refert, et sequitur Franciscus Sarmentus Ro-
tae Auditor lib: 3. Scelestarum interpreta: c. fin:
omnis enim Ille, qui habet Jurisdictionem non
solum visitare potest, sed tenetur: cum
ad eum spectet Provintiam malis hominibus
purgare, quod visitando, circumeundo, et inqui-
rendo fit. l. 3. et l. congruit ff. de offic: Pre-
sid: facit tex: in c. 1. ne sede vacante

ex quo notatur quòd Rex cũ Proceribus Regni multũ potest, et operatur circà statũ Ecclesiæ reformandũ, vnde dicit Carolus de grassalius lib: 2. Regal: Franc: Jur: 7. in fin: q Rex potuit procedere ad reformationẽ Monasteriorũ Monachorũ, et Monialiũ sui Regni etiã exemptorũ vocatis saltem Prelatis secundũ Bar: Cassa: in Catha: Glor: Mund: par: 5.ª conside: 17. tanq patronus nõ posset visitare nisi quatenus Id Regi ex Institutione, ac fundatione competeret, vt nouissimè ex dispositione Sacri consilij Tridentini session: 24. c. 3. est dispositum.

Legatum habere Iurisdictionem in Insulis adjacentibus

Nono legatus natus nedũ habet Jurisdictionẽ in hoc Regno, sed in Insula Melitæ tanq adiacente, quia Bulla Vrbani extenditur ad Insulas coadiacentes per tex: in l. Insulæ vbi Angel: ff. de Judi:, et ~~in proprijs terminis~~ in specie tradit hoc Petrus Andr: Gambar: in tracta: de offic: et potate Lega: de Latere lib: 1.º n.º 25. inferens ad Insulas, quas Hispani nuper Inuenerunt. Hinc nimirũ à sentijs Latis p Epũ Meliuetanũ ~~appellat~~ suffraganeũ Archiepi Panhormitani appellatur

ad Archiepum Panhormitanum Inde ad Monarchiam
in qua extant sexceti processus tum terminati
tum pendentes. Etenim à Comite Rogerio
usque ad Carolum quintum Imperatorem et Siciliæ
Regem semper Insula Melitæ habita fuit pars
huius Regni eademque ratio hodie de ea habe-
tur In multis Itaque Clausura Portuum pro
necessitate Regni non Intelligitur pro In-
sula Melitæ tanquam de Corpore Regni, et
Prorex pro necessitate eiusdem Insulæ dispen-
sat ac prouidet prout expedit, Et licet
Maiestas Caroli quinti anno 1530. pro repa-
randa Religione hospitalis S.ti Joannis hie-
rosolimitani, ut magnus magister Cæterique
Milites Illius Religionis, qui amissa Rhodo
Insula à turcis longissima atque acer-
rima obsidione violenter occupata
plurimis Jam annis vagantes certam sedem
obtineret, Insulas Meliueti, et Gaudisij,
et Castrum Tripolis cum omnibus territorijs
Castris, mero et mixto Imperio Infeudum per-
petuum concesserit, dictæ Religioni. Id ta-
men sub annuo Censu, ac prestatione vnius
accipiteris, seu Falconis, in festo omnium

sanctorum offerendi in manibus viceregis aut
Presidentis Regni Siciliæ concessit, cauitque
dictam Insulam tenendam in feudum recognosce-
damque ab eo tanquam Rege Siciliæ vlterioris.
quo fit vt de Insula Melitæ tanquam
de vno ex feudis Regni pro ratio haberi debet
~~quod~~ expressimque cautum est in illa concessio-
ne, vt ius patronatus Epatus Meliuetani
remaneat vt erat dispositioni et prese-
tationi Regis et successorum in Regno Siciliæ.
Ad hæc hoc anno 1578. fuerunt per me vti
patronum fisci Regij Patrimonij concessæ
exequutoriæ Bullarum Epatus predicti ante
apprehensionem possessionis et consecra-
tionem Episcopi, quemadmodum fit in alijs
Epatibus Regni, quod suo loco latius
tradetur; nec mouere debent verba
illa Priuilegij in feudum perpetuum nobile
liberum, et francum, quoniam ob illa verba
non desinit esse feudum cum in priuilegio
omnia signa feudi conspiciantur in pri-
mis sunt concessa castra dictarum insu-
larum quo ipso concessio in feudum presumitur

vt docet Andr: in c. 1. de Controuer: Inuesti-
tur: apud Par: ter: passim apud Marinum
Freza in tracta: de subfeud: 29. autho:
n.° 3.° fol. 219. Et quamquam hec Conclusio
Jure comuni non sit extra aliquam Contro-
uersiam tamen in Regno Siciliae Curia Regis
habet Intentione fundatam quod sit feudum
ex eo ipso quod est Castrum, vt pulchre
probat Freza prope citatus, et ex Siculis
Idipsum tradit Petr: de gregor: Doctor
Clarissimus in tracta: de Concessio: feud: in
2.a par: Ss.° 4. Cognoscitur.

Secundo est retentum directum dominium
quod Conuenit feudo Bartho: Camer: in c.
Imperiale in prin: Petr: Gregor: in d. tracta:
de Concessio: feud: par: 2.a q: 2. Ruyn:
cons.° 18. n.° 6. lib: 1.° cons.° 42. n.° 4. eod: lib:
Grat: cons.° 9. n.° 103. lib. 1.° ./.

Tertio retenta fidelitas, et feudum deno-
minatur, à fide, seu fidelitate c. 1. §.
nulla in fin: per quos fiat inuestitu:, et
sola fidelitas est de substantia feudi

nō prestatio seruitij: Andr: in c. 1. §. huius
autē generis in quibus casibus feud: amit:
et hanc esse cōmunē testatur Curt: Jun:
in tract: feud: par: p.ª q. 7. Julius Clarus in
§. feudum q. 5. Cetera sunt naturalia con-
tra quę pacta admittuntur c. 1. de feud:
nō habente propriā naturā feud: Bartho:
Camer: in c. 1. n.º 50. an Agnatus fol: 367.
post Claud: in prelud: feud: q. 8. qui dixit
fidelitatē esse Basim, et fundamentum
et propriā substantiam feudi in qua fidelita-
te continentur seruitia, quę continentur
in c. 1. de forma fidelitatis, et in c. 1. de
noua forma fideli: et illa seruitia dici
possunt substantia ipsius feudi, vt
ostendere voluit Roma: cons.º 367. vers.º
fallit Tertio n.º 12. dū dixit quod tene-
tur ad fidelitatē, et consequenter nō
seruitium, quē in hoc sequuntur Camer: loco
precitato, et nouissimè Guerrinus Pisonus
in prelud: feud: in c. an valeat pactū, q
pro feudo nullū prestetur seruitiū, et ideo
talis Juramenti fidelitatis pstatio Arguit

rem esse feudalem, vt tenet Abb: cons.° 82.
lib. p.° Aret: cons.° 14. col. 2. Ruy: cons.° 34.
n.° 7. et cons.° 42. in prin: lib. p.° Jas: in prelud.
Feud: n.° 28. Deci: cons.° 413. in prin: Goza: cons.°
9. in prin: cons.° 65. n.° 10. Paris Cons.° 1. n.° 22.
cons.° 23. n.° 34. lib. p.° Berous cons.° 115. n.° 8.
lib: p.° latissime Roland: auall: cons.° 90.
n.° 20. lib: 4. Jo: Galli: cons.° 2.° n.° 27. 28.
et 29. lib: 2.° diuers: feud:

Quarto quia dicitur in feudū, et nominatur
feudum in pluribus locis Roland: auall:
in precitato loco. n.° 22.

Quinto quia tenentur capere Inuestituram
que etiam arguit rem esse feudalem Afflic:
in c. 1. de controuer: feud: apud par: term:
Berous cons.° 65. n.° 53. lib. p.° cons.° 115.
n.° 5. eod: lib: Roland: in precitato loco
n.° 24. et ob renunciationem Regni per
Carolum V. Imperatorem Regi nostro
Philippo fuit capta Inuestitura.

Sexto quia In Regno semper presumitur
concessio in feudū, quia Rex Siciliæ

nõ potest alienare Demanialia abdicando à se omne Dominiũ, sed bene potest concedere in feudũ, si nõ tendit concessio in graue prę iudiciũ, vel diminutionẽ Regni, vt latè probat dictus Petr: de gregor: in tracta: de concess: feud: in p.ª q. 2. par: vers.º 2.º amplio: ./.

Septimo quia soluit seruitiũ in accipitre, et Istud onus nõ facit desinere rem esse feudalem, quando simul retinetur fidelitas, vt rectè post omnes tradit Bartho: Camer: in repet: c. Imperialẽ fol: 37. litera d. et magis in specie fol: 41. p.ª et 2.ª Col: ./.

Octauo quia In concessione est reseruatus consensus Regis in casu alienationis vel aliter, quę reseruatio fuit apposita in Priuilegio ad tollendũ Illã difficultatẽ aliquorũ tenentiũ feudũ francũ posse alienare sine consensu Domini, licèt hodie magis cõmunis conclusio sit nõ posse alienari sine con=

sensu Dñi licèt hodie magis cōmunis conclusio sit nō posse alienari sine consensu Domini, vt tenet Paulus de Castr: cons.° 179. in causa, quā magnus Dñs Titus n.° 2. lib: 2. et Istā esse cōmunē opinionē testatur Rolan: à valle cons.° 2. n.° 134. libro p.° quē sequūtur Bursat: cons.° 4.° n.° 5.° Senatus Pedamont: decis: 163. n.° 11. qui testatur fuisse decisū feuda nō censeri alienabilia procter dictionē francū, Laurentius Chircouius lib: Cōmuniū opin: Cent: 2. conclus: 38. vbi quoq; testatur hanc esse cōmunē opinionē, quam etiā tenuit Aret: cons.° 14. respondendo Contrarijs Bartho: Camer: in repet: c. Imperialē fol: 36. litera. t. et. v. licèt in rei veritatē dictū feudū non potest dici francū, quia non est francū à fidelitate, vt post plures docto: quos Ipse refert tenet Marcus Antonius Naota cons.° 600. n.° 8. quē refert, et sequitur Menochius cons.° 181. n.° 83. lib: 2.° ex quibus omnibus Arbitror nō esse dubiū Insulā Meliueti esse feudū huius Regni, et per consequens Legatū natū in dicto feudo, et Castris, habere Jurisdictionē ordinariā, prout eā habet, et tenet in dicto Regno Siciliæ.

Decimo.

Decimo legatus est in possessione conferendi prebendas aliquas vacantes, que beneficia simplicia appellantur que sunt de regio jure pronatus ex his, que tradit Glos: et Docto: in c. dilectus filius de offo legati in qua possessione tuendus est ob antiquam consuetudinem, que ex registris inspici potest cap. Generali extra de Electionibus lib. 6. Specul: in titu de lega: §. nunc tractemus vers. sed nunquid legatus ubi verba facit de Rege francie eiusque jure conferendi beneficia quibusdam Eccdis vacantibus que sequuntur Jo: Ferrault in tract: de Jur: et privileg: Regni franc: privileg: v. et Carolus de Grassalius lib. 2. Regal: fran: p. jure, qui id confirmat ob consuetudinem juncta forma privilegij alijsque ab eo loci adductis. de jure tamen legatus de latere non potest conferre beneficia in mensibus Pape competentibus licet possit in competentibus ordinario cum sit ordinarius c. 2. et 3. de offo legati in vi. Id quod etiam respondet Jacobus Henricmanus cons. 17. lib. 3. citans Rote decisionem 20. in titu de supplen: nigli: prela: Legatus tamen natus

Potestas conferendi præbendas vacantes

si ei specialiter concessu nō est beneficio con
ferre nō potest, vt Indicat text: in c.° 1.
tit.° pretij: tradit etiā Gondissal: a villadeg:
in tract: de legat: q. 9. Guido pape q. decis. 364.
ante n.° 34.

Potest ~~generatim~~ vt generatim dicā legatus
omnia que nō sunt in iure sumo Pontifici
specialiter Reseruata, vt placuit omnibus
Docto: in c.° nuper de senten: excōmunicationis
et in c. quo ad translationē de offic: legati
Pauinus in tracta: de offic: et potest: cap:
sede vacan: q. p.ª prime part: prin: n.° 9.

Cætera ad potestatē legati ptinentia ommittenda
duxi cū de offic: et potest: legat: multi
propij tract: sint impressi neiq; instituti
nō sit tractatū de potate legati componere
sed ea solū attingere, que pro defensione
Regie monarchie consentanea exibtūt.

Per multa etiā sunt que legatus nō pot
in primis dispensare in gradibus consangui-
nitatis et affinitatis vt docet Abbas: in c.°
q.° ad translationē de offic: legati et in c.° fin:
in fin: de tranla: nō potest etiā cōmittere causā

appellatione remota neq; priuilegiū alij concessū
minuere Abb: in c. nisi specialis eodē tit. et
notat Glos: In c. fin: de heret: lib: 6. nec pōt
contrauenire priuilegijs alicui Ecclesiæ Concessis
ex sentia Glos: et Abb: in c. per Illorū de præ-
ben: et In c. cū Inueteri in p. notabili
de elect: et Regularitē nō Dispensant
in casibus in q̄bus Concessū ei nō legitur
Abb: in c. officij de Elect: et in c. fin: de
transact: nō pōt etiā legatus alienare
beneficia spectantia ad ecclesiā Romanā
in locis quæ sunt de Jurisdictione temporali
Ecclesiæ Abb: In c. 3. de eo, qui mittitur
in possessionē nec potest permittere alienatio-
nem Bonorū Ecclesiæ Bal: in c. 1. de vassal:
qui contra constitu: Lotha: Rodeanus in tracta:
de Reb: Eccles: nō alie: fol: 308. de qua rē la-
tè agit Gondissaluus à villadego in tract: de
legato q. 11. neque etiā impedit se de specialibus
delegationibus. c. studuisti de offic: lega: Bal:
in l. nequicquā in princ: ff. de offic: proconsul:
et lega: Felyn: in c. pastoralis. n. 5. de offic:
ordina: et latissimè probat nouissimè Tiberius
Decianus cons: 16. n. 18. cū pluribus sequet: lib. 2.
nec potest causā corā ordinario pendentem

auocare. c. peruenit, et ibi Domi. xj. q. 1.
Glos: in. c. vt debitus de appella: spe: in. c.
delega: §. nunc ostendendu vers. quod
autē dixi circa fin: Abb: in. c. 1. col. 2ª.
de offic: lega: Petrus Rebuf: in tract:
de auocat: in pfa: nº. 41. Tom: pº. Didac:
Couarr: lib: pract: qq. c. 9. nº. 3. Nec quan-
do agitur de Interpretatione dispensatio-
nis Sedis apostolicę: per ea quę haben-
tur in. cº. cū venissent de Iud: et per
Gregor: Lopez in. l. 27. titº. 18. par: 3. in
Glos: pª. vbi tradit resolutione doctorę
esse, q aut contenditur de Valore pri-
uilegij, seu de Intellectu, et interpreta-
tione concernente validitatē Priui-
legij Principaliter, et Sumus Pontifex de-
bet cognoscere; aut incidenter est que-
stio inter partes super Priuilegio ad ipsarę
preiudicium respectu causę, de qua agi-
tur, et tunc Iudex Inferior potest cogno-
scere, et vbi verba non sunt clara
interpretari Priuilegiū, nisi dubiū esset

arduū, et inexplicabile, quo casu recur-
rendū esset ad sūmum Pontificem; et
nouissimè fuerunt concessę exequuto-
rię apostolici rescripti auocantis cau-
sam, in Judicio appellationis pendentē
inter Ill: Comitē Montismellis, et Jo-
annem de Campo: ex quo agebatur de
interpretatione Dispensationis.

B. D. L. O. L. D. Z.

De vsu et obseruantia Monarchiæ
Caput V.

Vsus Regiæ Monarchiæ ab origine multisq; temporibus subsequentibus fuit amplissimus. Nã apponebatur in literis Regijs pœna excomunicationis exercebaturq; Jurisdictio tàm contra personas Ecclesiasticasq; contra earũ bona: sed et de rebus spualibus cognoscebant deq; causis tàm Ciuiliter q; Criminaliter Indistinctè, et sine interuentu personæ Eccæ, vt legitur in libro Regiæ Monarchiæ Conseruato In offsij Bothonotarij huius Regni. ab anis vero centũ Citrà Causæ In primo Judæ discussæ sunt, ac Terminatæ Corã ordinarijs. Inde via appellationis corã Metropolitanis, ab his Itũ est ad Regiã Monarchiã: in qua eligitur Judex Ecclesiasticus, qui cũ Consilio magnæ regiæ Curiæ, vel alterius Doctoris pro ~~uidet~~ Justitiã administrat humorẽ

existimo inolevisse tpre Regis Alfonsi
vt ~~Jac~~ colligitur ex supplicationibus Regni
cum Intervenu Brachij Ecc.ci inter
capitula Alfonsi c.o 397. 415. et
511. et in capitis Ferdinandi c.o 37.

Si quando verò partes preveniunt in Curia
Romana ibi Cause finiuntur nec in Regno
de eis cognosci potest, propterea quod ubi
summus Pontifex apponit manum vel de-
legando vel cognoscendo non potest
alius in illa Causa manum admovere
Cap.o vt nostrum de appellationibus
Gram: cons.o 96. n.o 24. in Civilibus
Nicolaus Antonius Gravatus ad vrium
c. 9. lib: 3.o num.o 18. Petrus Minius Aven-
danus in tracta: de exequendis mandatis
lib. 1. c. 19. nu.o 2.o Emanuel Xua-
rez in thesauro receptarum sententiarum
in verbo princ: n.o 270. Hanc materiam
advocationis latissimo stilo prosequutus

Didac: Couarr: lib: practicarum quæstionum. c.° 9.
Follerius in Constitu: Regni nostri Fine grandi
n.° 24. et sequenti Petr: Rebuf: in tract:
de auocat: Tom: p.° Vbicumque autem in
Regno est præuentum coram nostris
causa finitur in Regno, Nec solent
admitti supersessoriæ aut inhibitoriæ
quæ praxis et Juri et æquitati inni-
xa est. Papæ enim Jurisdictio per nostrum
preueniri potest, Lisque coram eo cepta
Ibi finiri debet, nisi Papa ex certa
scientia auocaret Philippus Francus in
c.° vt debitus de appellationibus Ant.s
Gabriel lib. 2. conclus: Juris de Judicijs
conclus: p.a n.° 9. /.

Solent in Regno duo tentare remedia
ab eis, qui feuda vel bona allodialia
intendunt reuendicare scilicet. l. diffa-
mari. C. de Ingenuis et manu: et l. si
contendat ff. de fide Jussoribus circa p.um
remedium quando sunt plures Judices inter quos

est locus preuentioni, velut ordinarius et
summus Pontifex solet venire in controuersiam
an ex Injunctione facta coram vno ad agen=
dum si quid pretendit sup. illegitimitate
alioquin imponetur perpetuum silentium indu=
citur ea preuentio vt Actor non possit coram
alio Judice agere. In specie l. diffamari
fuerunt varie doctorum sententie vt non in=
telligatur preuentum in causa principali sed
tantum in illo articulo diffamatorio censuit
Soccinus cons.° 41. lib: 3. et Soccin: in c.°
proposuisti col. 9. vers.° 12. quero de foro
competenti Lanzel: Dec: in l. si quis po=
steriff: de Jud: sed contrariam abijt Jo:
bapt: Caccia lup: in l. omnes populi col. 14.
de Just: et Jur: Rom: cons.° 412. Georgius
Nacta in Clem: Sepe. col. 41. licet in fine
reliquat cogitandum Felyn: in c. cum sit
generale col. 5. vers: licet facit de foro com=
petenti Cagnol: in l. diffamari vbi refe=
rendo opiniones vltimam Felini cum ea videtur
quiescere licet non omnes precitatos refe=
rat. Circa remedium l. si contendat in
quo concluditur declarari exceptionem com=

petere, et silentium Aduersario Imponi sine
Dubio ex eo preuentio inducitur cum questio
Illegitimitatis si principaliter adducta, quod
in specie respondit Roma: cons.° precitato
et Natta in Clem: sepe nu.° 31. et 41.

Equitate etiam fulcitur predicta obseruantia,
quia vt plurimum, et quasi indistincte conueti
procurant proponere Illegitimitates actorum
ad effectum, vt supersederetur in Causa
principali, Donec discutiatur Causa Illegiti-
mitatis in Curia Romana aduexandas partes
Longissimis litibus, et expensis, et quia vt pluri-
mum attores pretendentes recuperare bona suorum
antecessorum sunt adeo pauperes, vt potius
liti, Juri, et Causae cedant quam extra Regnum eorum
Jus cum tanta Jactura, et quasi impossibilitate
prosequantur, que praxis indistincte serua-
tur, vt quoties in causa legitimitatis est
legitime preuentum coram ordinario In Regno
non concedantur exequutorie.

Dixi legitime preuentum, quia preuentio debet esse
legitima, valida, et perfecta, vt tradit

Berous cons.° 3.° lib: 3.° et per Inualidã citatio=
nem non Inducitur preuentio Jo: Andre: in
c.° cũ plures de offic: lega: lib: 6. et in c.° propo=
suisti p Illũ tex: et Ibi Abb: in 5.° not:
Soccin: in 4.° not: et Iterũ col: 7.ª vers.°
5.° quero de foro competenti Roma: cons.°
412. n.° 4.° Nã et citatio Inualida non
perpetua Jurisdictionẽ Glos: fin: in d. c. cũ
plures et Ibi Jo: Andr: paulo ante fi: et pe:
de Ancar: col. fin: vers.° quero 3.° Dominicus
quoq; col: fin: et Philippus Fran: col. 3.
vers.° 3.° Tenementi, et licet eã singu=
larẽ dicat Ludo: Roma: singul: 149.
Idem tamen voluit Glos: fin: Juncto tex:
in c. bone. 2. de electio: et Glos: fin: in l.
accusationibus. C. de accusa: quã sequitur
Bal: in c. quoniã contrà col: 7.ª de
proba: et in cap.° in nomine Domini in 4.
not: de testibus Jo: Lup: de pala: rubr:
in repet c. per vras not: 4.° n.° 29. de Dona:
inter vir: et vxor: quod latè examinat am=
pliando, et limitando Anto: Gabriel. lib. 2.
conclus: Jur: de citatione conclus: 2. et conclus:
seq:

Debet etiam preuentio fieri coram Judice competenti, qui esset Judex originalis ipsius causæ principalis, seu ille qui Judicaret si ageret actor Alex: cons. 103. lib: 5. Soccin: in l. libertus ff. de in Jus vocan: et cons. 94. lib: 3. Georg: Natan: in Clem: sepe col. 41. vers. quis autem erit Judex competens, et hac dicit communem Cagnol: in l. diffamari n.

de qua re Anto: Gabriel lib: 2. de actio: conclus: 6. et Octavianus Cancellarius decis: 151. impressus venetijs: preuentio ergo, vt dixi, debet esse legitima, et valida ad impediendum executorias.

In qua tamen re rogatus esse velim Regem Philippum dominum meum pro obtinenda confirmatione suis utilissime et æquissime praxis, à Gregorio Pontifice omnium maximo, qui absq; dubio propter maximum Regni beneficium illa confirmabit, prout aliàs Leo Pontifex: Regi Francorum, Duci Mediolani concessit, vt subditi domini

Mediolani ad Curiã Romanã nõ Extrahã-
tur, vt refert Egidius Bossius in c.º de
Principe et priuilegio eius. n.º 344. et pro
ut etiã in particulari causa per Paulum
3.um Pontificẽ fuit quandoq; prouisũ q;
causa cuiusdã Canonicatus Ecclesiæ Pan-
hormitanæ, quæ cũ in Regia Monarchia
fuisset ventilata, et in ea Don Paulus
de Soris, obtinuisset ad Instantiã clerici
Antonij Cardella aduersarij, nõ facta men-
tione de statu causæ à sũmo Pontifice
alteri delegationẽ obtinuit, quod sentiens
Don Paulus sũmo Pontifici exposuit
rei veritatẽ, et causã per Regiã Mo-
narchiã fuisse decisã, et sũmus Pontifex
de veritate causæ informatus, remisit
causã Judicibus Regiæ Monarchiæ, vt
constat ex breui Romæ obtento per
dictũ de Soris expedito sub anulo Pi-
scatoris die 18. Aprilis 1544. exequu-
torijs donato in hoc Regno die 17. Junij
eiusdem ãni.

Ab Experientia enim didicimus, et ex

fine cognouimus omnes Causas Illegitimita-
tis, vt plurimũ proponi ex euidenti Calũnia,
et non demostratur Caput tale particulare,
quòd si probaretur legitimũ reputaretur,
vnde nõ Debet supersederi per ea quę
tradunt Docto: in l. Titia solut: Matr: —
vbi Alex: in 4. Fallen: ante nu: 9. et
quilibet Judex ex officio suo debet etiã
actore non petente Euidentẽ Calũniam
reijcere Angel: in Rub: Institu: de
exceptio: nº. 33., et Inquit Alex: cons.º 65.
col. 3. lib: 5º. Judicem ne dũ Calũniosè
excipientẽ posse non audire, vt not:
Inno: in c. post Electionẽ de conces: pręb-
ben: verũ etiã si quod Imponitur esset
verũ, si tamen Judex opinatur Illud pro-
poni causa morandę litis posse Judicẽ eũ
reijcere, quod etiã Clarius tradit Ibidem —
Anto: de butri: et tradunt Abb: Felyn: et
Deci: in c.º licèt causã de proba: Angel:
cons.º 136. col. 3. et nõ Solũ Judex potest
repellere Calũniam, sed pars Aduersus Ca-

Lúniam potest vti Cauillationibus, ac Calúnijs secundũ Glos: cómuniter receptá in Cap. cupientes in verbo malignantiũ de Electio: in. 6. cui Ibidem assentiunt Docto: et sũmiste in verbo aduocatus, et etiá est Glos: per tex: Ibi in c. Dominus in verbo ex Insidijs 23. q. 2. et eis Accedit Abb: in c. 1. col. 2. quodmet Causa Barba: in Clem: p.a de re Judi: Deci: in l. ea est natura col. p.a de Regu: Juris Hyppol: Syng: 177. malitijs hominum cũ alijs congestis per Tiraq: de vtroq; retract: in pfa: n.o 70. Et Petr: Rebuff: in l. vnica C. de sent: que pro eo quod interest not: 9. Et dicunt Diuus Thomas 22.e q. 71. art. 3. vers.o ad tertium, et Beatus Antonius Florentinus in suma. 3. par: tit.o 6. c. 1. §. 1. col. 2. quod Aduocato causã Justam fouenti licite ea, quibus eius processus impediri valeat prudenter occultare falsitate cessante.

In exemptis Vsus etiã Regie Monarchie est Judicare causas exemptorũ; qui sunt persone Ecc.ce

que

que non habent superiorem in Regno vel ex canone, vel ex privilegio nõ recognoscunt aliũ, q̃ Summum Pontificem, sicut sunt Archiepiscopi, et aliqui Episcopi, vel qui habent superiores extrà Regnũ, vt sunt Monaci, quorũ generales solent extrà Regnum residere.

Appellationes — Vsus est etiam, et consuetudo in Regia Monarchia cognoscendi omnes appellationes, quæ interponuntur, à sententijs illorũ magistratuũ Ecclesiasticorũ, qui nõ habent aliũ magistratũ superiorẽ in Regno; vt, à sententijs latis per Curiam Archiepiscopalẽ huius vrbis Panhormi appellatur ad Monarchiã, et, à sententia lata in causa appellationis in Regia Monarchia appellatur ad eãdem Monarchiã cũ interuentu aliorũ Judicũ, et consultorũ, et si contigerit interponi aliã secundã appellationem, quando sententia nõ esset conformis, appellatio interponitur ad eãdem Regiam Monarchiã, vsque quò lis finitur

ne exeat, à Regno: ad quorũ confirmationem subnectere volui literas Don Ygonis de Moncata tunc proregis in hoc Regno, ac sacri Regij consilij ad Regem Catholicũ, et ligea capita literarũ Antonij Montalti fisci Patroni.

Carta del Virey, i Sacro Consejo de Sicilia para el Rey D. Fern.do el Catolico de 15. de Março 1512.

S. R. Mtà

Per vna carta che receui da Vrã Altezza alli 25. di Genaro fatta in Burgos alli 16. di decembre spedita per il Secretario Calcerm mi scriue hauer informatione che di poco tempo in qua si ha causato gran pregiudicio alla Monarchia, et Real preeminentia di Vrã Altezza, et euidente danno di quello Regno, perche essendo concesso al Conte Ruggiero, et à suo figlio per hauer liberato il Regno da man di Infideli la Monarchia acciò che li habitatori del Regno predetto nõ escissero in le cause spirituali, et Eccle-

siastiche, à litigar di fora, Mà quelle le conosces-
siro innanti lo Diocesano, et ordenario, et per
appellatione andassero al Metropolitano, et
dal Metropolitano alla gran Corte con Giudi-
ce ecclesiastico, onde si conoscesse, et determinasse
et non si ricorresse à Roma ne ad altra parte
et per corroboratione di questo sopraueniro li Ca-
pitoli del Regno Impetrati per li tre Brachij
per liquali si prouide che nissuna causa si
possa estraere dal Regno, et che di poco iequa
crescendo la Malitia dell'huomini con dire
che ancorche Il papa hauessi concesso la
Monarchia non si leuò la facultà di cono-
scere delle cause spirituali, laqual cosa
ancor che sia di dritto cõmune, et contra li
Capitoli del Regno, et li honori, et fideltà
che suoi Vassalli deueno, per essere te-
nuti guardar li capitoli del Regno, et la
preeminentia di V. A. et con questa
ragione questi giorni passati son' vsciti
dal Regno molte cause], et per euitar
queste fraudi, et ab vsi V. Al. mi
manda che agiunti lo Real conseglio di
questo Regno con alcun' altri Doctori

buoni, et affettionati al suo seruitio, et al ben della republica, et che proueda per Costitutioni, et prammatiche che di quasi innanti s'osseruino l'antiche costume, et non attorgua esecutoria di tal riscritto contra la preeminentia Reale di V. Al. et di sua Monarchia, et contra li Capitoli di detto — le quali lettere riceuute giuntai lo conseglio real di questo Regno con lo quale aggiunse quattro Dottori delli Prencipali che qua concorreno, et letta la Carta di V. A. parsi, à tutti, che V. A. non tenia completa Informatione della sua Monarchia, ne di quello che importa ne della Costume antica del Regno in le cose spettanti alla detta Monarchia, perche anchorche per Antichissima Costume li Rè di questo Regno habbiano vsato in certo modo le cose spirituali, et Ecclesiastiche Jurisdittione come al presente V. Al. Vsa, si hà,

vsato, et vsa per concessione delli sõmi Pontifici
veri, ò, presumpti: per liquali lo Rè di q̃sto
Regno, è, fatto legato nato, et lo exordio, et
principio di tal Costume si giudica per q̃llo
c'hãno riferuto l'antichi del Regno sia stato
del tempo del Conte Ruggiero per vno
priuileggio antico che si troua fatto, à, detto
Conte, et suo figlio, et ancorche le parole
del priuileggio nõ siano così ampie, com'è,
la Consuetudine, et osseruantia quest'è, à,
causa, che l'officiali di V. A. in questo
Regno sempre hãno fauorito, et ampliato
tale Monarchia, et nõ hãno permesso alcu-
na Delegatione di sue preeminentie, et nõ
manco si guardano, et con diligentia si
osseruano in questo tempo, et per V. A.
sotto generalità, che cosa sia Monar-
chia, et come si hà in Regno osseruato,
et Intesa li dico che lo Rè del
Regno fù giudice di tutti prelati, et
exempti della Giuridittione dell'ordẽ

spirituali del Regno, et che icqua no hanno superiori, et altre cause spirituali, et ecclesiastiche, che si principiano innanti l'ordini spirituali del Regno no si estraeno in Roma, nè in altra parte, Mà si conosceno per appellatione in la Monarchia di V. A. per Giudice Ecclesiastico Delegato per lo Vicerè con conseglio delli Giudici della gran Corte, ò, d'altro Dottore si pure innanti che la Causa Ecclesiastica si principia in lo Regno la parte occorre in Roma lo Santo Padre come superiore in le cose spirituali la delega, et puo delegare, ò, in Roma, ò, in proprio Regno, et del Delegato suo no si appella alla Monarchia, mà al Delegante et in questo non si repugna ne dritto Comune secondo la Dispositione del quale li Sommi Pontifici come superiori nelle cose spirituali concorreno con tutti altri magistrati, et legati nati et de latere; ne Capitoli del Regno per che non ligano la Giuriditione del Papa nè hanno luogo in le cose spirituali, nè

Del Delegato Ap.co non si appella ala Mon.a

antica costume perche così sempre si sia os-
seruato, et le cause che sono state estratte
in le cause che si sia potuto senza pregudi-
cio alcuno delle preeminentie Regali
di V. A. et per questo no si sia potuto alta-
mente riparare certificando V. Al. che
no si admette indistintamete a ogni uno
che vuol leuare le cause del Regno sotto
colore d'alcuno articolo spirituale inci-
dente per allongare la causa perche in
questo con tutti li rimedij, et espedienti
che si può con ragione si excludeno tutte
le frauds, et calume che si pono euitare
per la qual cosa in molte cause sono state
denegate, et così si farà sempre ch'acca-
derà il caso, che con giustitia si potrà
fare; et per questo ha parso à tutti del
Consegho, che si auerta bene alle cose
particolari, che succederano, et no si doni
luoco alli rescritti, che con ragione alcu-
na si potrà denegare essecutorij, però non
si faccia constitutione legge, o prámatiche
uniuersali, perche no pare sia profettuoso,

ne espediente al seruitio di V. A. Imò saria cosa
che potria generar scandalo, et di prouocar la
voluntà del Santo Padre hauendo notitia
di tal ordenatione, et directè, ò, indirectè
contra la sua preeminentia tendessi, à, pensar
di destruere, et riuocar la Monarchia che
al presente V. A. tiene per esser cosa che
dipende dalla sua potestà, et voluntà, ò,
far qualche altra prouisione, che fosse con-
trà l'intentione di V. A. et suo serui
tio secondo V. A. meglio comprenderà
le cose che potriano succedere, et questa
deliberatione ancor che li demostra, che
li retroprencipi di V. Al. in questo Regno
hano vsato tal Monarchia conuiueti-
bus oculis, et prouidendo alli casi par-
ticolari, secondo si vedono, et non tenta-
ron fare constitutione, et legge vniuersale
sopra tal materia; et questo ancora si
conforma per dritto comune, che far legge
sopra cose Ecclesiastiche, nō spetta
à V. A. come Re et prencipe del Regno
nè ancora come legato la potestà di

cui nõ hà icqua superiorità di concedere
legge maximè tendente in derogatione
della potestà apostolica directè, ò, indi-
rectè, et così s'accordao farsi la pre-
sente, à V.A. et dargli notitia di
tutte le cose predette, accioche infor-
mata di tutto si cõmanderà si proueda
altramẽte si compierà quello, che V.A.
ordenerà et N. S.re etc. Da Palermo, à 15.
di Marzo M.D.xij.

UNIVERSIDAD Y PROVA
BIBLIOTECA
DE ZARAGOZA

D. V. R. M.tà

seruidor y sclauo que sus
reales pies y manos besa

Don Vgo de Moncada

Nicolaus Sollima
Michael Milasses
Andreas Garofalus
Petrus Specialis
Priamus Capozzo
pro F. P.

Joannes Aloysius Septimus
Andreas Alliata
Blascus Lancea
Petrus Gregorius
Jacobus Basilicò

Capitulo de vna carta del Abogado Fiscal Montalto p.a Carlos V. la qual carta en otra parte la tengo entera.

Ex literis Antonij Montalti
Die xx.o Decembris 1535.

E perche Vra M.tà intenda di che maniera s'osserua la detta Monarchia, et come pratichi saprà, che in tutte le Cause Ciuili, et Criminali di persone Ecclesiastiche, et di cose Ecclesiastiche, et spirituali si dona luoco alla preuentione, che preuenendo la sede apostolica nella Cognitione d'alcuna Causa tanto giusta, et d'vn tanto Rè nella Corte Romana come delegandola, à persone Ecclesiastiche di questo Regno la Monarchia non si puo intromettere in cosa alcuna, Mà s'appella, à, delegato ad delegantem, et in Corte Romana hà l'ultimo fine, et di qualsiuoglia rescritto citatorio, compulsorio, inhibitorio, et di qualsiuoglia altra natura pertinete à tal causa non se le denegano le Viceregie essecutorie, et preuenendo in Regno alcuno dell'ordinarij Ecclesiastici, à, cui appartiene la Cognitione perche di quello s'appella al Metropolitano, et dal Metropolitano alla Monarchia di tali Cause

cominciando in Regno la sede Apostolica se-
condo la detta osseruantia no si puo inter-
mettere, et sempre si hano denegato l'esse-
cutorie di qualsiuoglia rescritto apostoli-
co, et essendo vna volta la Causa comin-
ciata in Regno per non s'estraere poi via
appellationis la Causa in Roma ne farsi
pregiudicio alla Monarchia, et vessatione
alli poueri, parte d'andare in Roma
et tali cause hano l'vltimo fine
per la detta Regia Monarchia in Re-
gno, et lo simile s'osserua incominciando
la Giuriditione dell'ordenarij perche
la Monarchia, è, sempre stata, et, è,
in questo Regno etiam giudice delle
persone Ecclesiastiche exempti, et
nel secondo, et terzo Giudicio conosce
etiam la Monarchia vsque ad vltimum
finem litis, et la pratica, è, che Il Vicerè
venendo la Cosa in Monarchia tanto
in primo Giudicio, come via appellationis
vel alio remedio delega la Causa ad
vna persona Ecclesiastica, laquale con

conseglio della Regia gran Corte proueda de
Justitia, et in secundo et terzo Judicio
da similiter altri delegati apostolici
con conseglio d'altri dottori, et così s'hà
osseruato, et osserua inconcussamente, et
alcune volte si hà fatto etiam in cause
di persone religiose di qualsiuoglia ordine
et no si sano concesso, ne si concedono esse-
cutorie à rescritto alcuno apostolico toc-
cante tali cause.

Caput 6. De abusibus ~~Rei~~ Monarchiæ.

Abusū in francia vocant, vt ait Jo: Imber: Rupellan: in enchirit: Jur: gall: in princ: cū Præsules vel Judices Ecclesiastici quidpiā in Detrimentū Regiæ vel Laicæ Jurisdictionis vel contra Priscā francię Immunitatem, vel libertatē, vel aduersus Decreta Sinodi Basiliensis vel aliter statuunt aut moliūtur Nos autē abusū appellamus vbi magistratus aut Judices Regij aut Laici aliquid in Diminutionē Jurisdictionis Pontificię agunt vel quidpiā auctoritatē sacri ordinis spectās admittunt aut decernunt quod fieri nō debet ~~ne per abusū priuentur Jurisdictione l. 4. ff. de his qui sunt sui vel alieni Juris et §. fin. Institutis eodē tit.~~

Titulus, qui processibus appellationū, qui ab ordinarijs ad Monarchiā transmittuntur, Inscribitur, ad Sanctissimū, et Beatissimum Dnūz nostrū Papam; et subscriptio pariter quę in Apostolis siue literis dimissorijs apponi consueuit, scilicet Sanctitatis Vrę

humilis seruus Z. Sane videntur inepti,
et incongrui Regie Monarchie cum Monar-
cha in Regno vt satis notum est non sit nisi
sedi apostolice legatus Ideoque non possit di
cere auctoritate sedis aplice ~~legationis~~ c. si, qui. c.
si apostolice sedis. c. si a sede de preben:
lib: 6. Quia alia est auctoritas aplica
alia legationis Rebuff: in concordat: fran:
in forma mandati apostolici et Dnicus
in dicto cap. si aplice adnotat legatum
in actibus gestis & tute legationis non
debere dicere se facere auctoritate sedis
aplice, sed auctte legationis reprehenditque
aliter facientes, ad quod est pulcher tex:
in c. volentes de officio legati, et in c. penultimo
vbi Antonius obseruat de filijs presbi: la-
tissime autem disserit Jacob: Henricmanus
c. 17. per totum lib: 3. igitur nec titulus
nec subscriptio illa legato conueniunt nec
Regie Monarchie.

Et tametsi vsus ille substineri posset eo
colore quod factum legati dicitur factum sedis

apostolicę Glos: Jo: Andr: et alij in c.° si
Abbatē Electionib⁹ in vj.° Glos: in c.° auctē
§. in hibemus vers.° Sedis Apostolicę de priui
legijs in vj.° quibus alludit tex: in c.° li-
teras de supplenda negligentia prelatorę
quats dicitur auctoritate nra suffulti, et
Andr: Siculus in c. mandatū de rescriptis
ait mandatū legati esse proprium man^tu^ apli-
cuz: vnde licet appellatio sit interposita
ad papā tamen legatus potest se in
tromittere partibus consentientibus Glos:
Abb: et Philippus Franc: in c.° substitutus
de appellationibus Glos: in c.° Cupientes in
principio de Electio: lib: vj.° Petr: Andr: Gam:
in tract: delegat: lib. 8. n.° 102. tamen
re vera in Regno Monarcha seu legatus
nō vtitur hoc titulo in suis literis vel
mandatis, nec cū aliquid gerit aut facit
dicit se auctē apostolica facere, vsusq;
Ille ac forma tituli ac subscriptionis, vt
Arbitror manauit ex Reuerentia sumā
erga Sanctissimū Papā, à quo dependet hęc

Legati Jurisdictio Id quod in multis similibus
in hoc Regno ac Regno Neapolis actitatur
Dn̄ quibusdam consilijs siue Tribunalibus
Datur titulus. S. C. et R. M. habita ra-
tione personę Regię quam prę se fert ac
representat Illud Consiliū, vel Tribunal
vel Fortassis alia tacita Intentione
inductus est titulus Ille à prelatis
à quibus appellatur ad monarchiam ne vi-
derentur consentire vt partes ad legatū
accederent, quod si inde profectum esset
multo ineptius fuisset cū pars appellaret
ad Regiam Monarchiam ac sic ad legatum
Sedis apostolicę titulū et lr̄as dirigere ad
Sactissimū Papam ad quem nō erat appellatū.
verisimilius Itaq; est more Illuz natū
fuisse ex prima ratione, vt supra dixi.
Nam nec In sententijs nec In actis q̄busq;
quę fiunt in Regia Monarchia eiusmodi
titulus legitur aliquando assumptus à legato
vel Judice Ecclesiastico. Quatere cum
Nomen, aut titulus Summi Pontificis nō Conueniat
Monarchę licet Colore p̄dicto posset
tollerari

tollerari tamen existimo conuenientius fore ab-
rogari emendariq; eiusmodi morē, et statui vt
in processibus appellationū apponatur titulus
conueniens Judici Ecclesiastico adque trans-
mittuntur.

Erat vetustissimus vsus quo Regia Monarchia
ex munere legationis, concurrebat cū quolibet
ordinario in prima etiā Instantia, sicut et
legatus de latere. c. si à sede de preben-
dis in sexto Fran.ᵒ Marcus decis: 351. ꝑterea
ad Regiā Monarchiā antiquo more maiorū
appellabatur omisso medio sicut ad legatū
de latere ex Glos: in c. Romanę de appo-
nibus in sexto quā sentiaz cōmunę testa-
tur Imol: in c.º p.º de offic: legati quē se-
quutus est Fran.ᵒ Marcus decis: 342. n.º 5.
lib: primo: cōmuneq; nouissimè professus est
Andr: Gamb: in tract: de offic: legat: lib. 8.
n.º 106. Sed hoc tempore immutati sunt
mores illi, ac tam primę q̄ secundę In-
stantię liberè dimittuntur ordinijs ac
inde Metropolitanis suo ordine secundum
censurā Sacri Consilij Tridentini sess: 24.

Eadem posuit Xibecu in Compendio j. pag. 162. et seq.ᵗⁱ

c.º 20. Causę omnes id quod etiam propriis litteris observari mandavit Catholicus Rex Philippus dominus meus Subdata Madritij 28. Decembris 1571. quarum hęc sunt verba: y porque quanto alo primero no es bien que haya excesso, proveereys, que las primeras, y segundas instantias se dexen libremente alos ordinarios y metropolitanos por su orden conforme al concilio.

1571.

Abusus appellandi ad Mon. a sententia Delegati Ap.ci V.e Guevarum Discursu 3. cap. 4. Neylam ad Consideratores Proti cap.

Abusus quidam recens, annis ab hinc prope* viginti, irrepserat ~~y no se leuerat~~ quo, à sentia delegati aplici appellabatur ad regiam Monarchiam: eiusque moris origo adducebatur ex quadam sentia lata per Abbatem Siculum Panhormitanum appellatum Principem Canonistarum: in quadam appellatione interposita, à sentia lata per Vicarium Panhormitanum, vti delegatum apostolicum: in qua sentia Abb: narrat dictam appellationem fuisse interpositam ad sedem apostolicam et loco Curiei Romanę. Abbatem Judicem datum fuisse per Regem Alfonsum ex privilegio summi Pontificis, et ex antiqua consuetudine, sed eiusmodi abusus non preualuit

* el Sacro Cons.º en la respuesta a la carta de Felipe 2. cap. 3. dice esto mismo que de 20 años antes etc.ª Pero el Cons.º respondio en el 1572. y Xibeca escribia en el 1580. y assi hauia mas de 20 años. V. j. in compendio p. 163.

atq; Ita abrogatus fuit cũ et priscis etiã tẽ-
poribus observatũ legatur à delegato
Sumi pontificis appellari ad delegantẽ
nõ ad aliũ superiorẽ ex sentia Glos: et
Docto: in C°. Sup q̃stionũ §. pro de offic:
delega: et est Tex: in l. p.ª in pnc. ff.
quis, et a quo appella: et In l. Imperato-
ris §. p.º ff. de app.ºnibus, quæ observantia
manifestatur ex l.ris Don Ugonis de mõcata
tunc pro Regis ad Regẽ Catholicũ anno 1512
qui convocato Sacro consilio In quo in-
terfuere Doctores Illius seculi eruditio-
ne insignes, cũ alijs quatuor ultra
Consiliarios accitis ex eminentioribus
Jurisconsultis in Regno: (inter quos af-
fuerunt Jo: Aolysius septimus, Andr: alli-
ata, Blascus lancea, et Petr: Gregorius, Viri
ea ætate Jurisperitissimi, et In praxi ver-
satissimi) à quibus aperto ore in Illis l.ris
affirmatũ est, à delegato Sumi Pontificis *
appellandũ ad delegantẽ, nõ ad Monarchiã
Id quod etiã ~~separatis~~ alijs literis ad Carolũ

quintū Imperatorē maximū scripsit Antonius Montaltus, tunc fisci patronus maximę auctoritatis ano 1535. Dum de pręeminentijs regię Monarchię rationē redderet suę Mti fassus fuit, à, delegato sumi Pontificis appellandū esse ad delegantē quarū literarum tenorem supra pręscripsimus. Et hoc* tpre ità omnes sine dubio obseruat.

* Ecce quid testetr Xibecca de praxi sui temporis, hac in re: idest circa annum 1579. et 1580.

Ad sententiā Abbatis potest responderi vel nō esse autenticā licèt reperiatur in libro Regię Monarchię prouisione Illmi Joānis, à, Vega compilato vel q̄ Rex Alfonsus in Illa Causa habuit speciale mandatū, à, sūmo Pontifice, vt finē ei liti Imponeret vel q̄ Abbas Crediderit Regi Alfonso asserenti se habere speciale Priuilegiū Glo: in verbo actiones in l. titio fundus ff. de cond: et de modo Glos: fin: in c.° sicut de accusa: et in c.° cupientes post prin: de elect: lib: vj.° Quandoquidem ex verbis Vrbani deduci non potest huiusmodi appellationes Interponendas esse ad legatum natū; nec ex consuetudine posset Induci; licèt, vt dixi, et consuetudo an-

tiqua*, et nouissima sit conformis Juri Canonico, vt appelletur ad delegantē. Episcopi tam à Principibus, quā à cęteris omnibus paterno honore, et debita reuerentia prosequendi sunt sess: 25. c.° 17. Triden: consilij, et tamen quibusdā temporibus inualuerat* consuetudo, vt procederetur contrà Episcopos, et prelatos, eos personaliter vocando, pro pretensis Criminibus ad Curiā Monarchiæ; et quandoq; contrà eos procedendo ad Carcerationē, vocando eos absq; causę expressione, sed tantū indicendo, vt venirent pro Regio seruitio; et licet ea, quę de preterito acta fuere defendi potuissent vigore legationis, cū legatus natus sit Judex exemptorū, maximè quādo prelati Immiscent se in rebus laicorū Regiā Jurisdictionē vsurpando per constitutionē Regni de personis constitutione dirā, et duram: de qua rē pertractat Guielm: de benedic: in repet: c.li Raynutius in verbo, et vxorē nomine Adelasiā 2.a decisione per plures colūnas: ex eo quoque, quia Episcopi hoc in Regno ad Juramentum fidelitatis sunt obnoxij

Du capo —

Monarchia an possit procedere contra Episcopos?

* Consuetudo procedendi contra Episcopos personalib. pœnis

quod semper prestant, et Dũ eis conceduntur exe-
quutorie bullarũ censentur recepisse inuesti-
turã, vt ex Cap.lis Regni fol: 178. et Cap.lis
Regis Alfonsi. 519. constat, et per consequens
tanq̃ Feudatarij debent cognosci nõ solum, à
Regia Monarchia, sed ab ipso Rege tanq̃
domino Feudi c.° verũ De foro competen: c.°
nimis de Jure Juran:, et per multa, que cu-
mulat Jo: Feraldus in tract: de priuileg: Regis
Francie: potuissent quoq̃ retroacta defendi
vigore consuetudinis Immemorialis Curie
Regie Monarchie, in qua semper fuit vsu-
receptũ procedi contra prelatos, et quascũq̃
alias personas Ecclesiasticas; (vt fuit ser-
uatũ tempore Illmi Ducis Montisleonis,
ex quo Rmus Don Franc.us Vrries Episcopus
Pactensis fregerat virgã Cap.eo fuit Car.tus
in Castro Mate guilfonis Ciuitatis Messane,
de qua Carceratione extat in libro Regie
Monarchie fol: 947. Fides Castellani dicti
Castri die xxj.° Jan.rij 1523. et Rmus Don
Ludouicus de Platamone Episcopus Syracusanus,
et alij q̃plures Abbates, et Ecclesiastice per-

sone fuerunt aliâs Carcerati, ac nouissime tẽ-
pore Illmi Joãnis, à Vega huius Regni Prore-
gis Rmus Don Barcus de Sebastianis Epis-
copus Pactensis, ac heretice prauitatis huius
Regni Inquisitor, et plerique alij, vt ex li-
bro pdicto Regie Monarchie penes Regni
Prothonotarium conseruato Inpromptu
videri potest.

Pientissimus tamen Philippus Rex noster Chri-
ane Religionis ac Fidei Propagator propugnatorq
Sumus ac Indefessus Literis datis Madritij 28. De-
cembris 1571. dedit in mandatis circa hec ob-
seruari Sacri Consilij Tridentini Jussa, sedumq
Sessio: 13. cap: 6. statuitur Episcopũ nequaq
Citandũ vel monendũ vt personaliter compareat
nisi ob causã ex qua deponendus siue priuandus
veniret, etiã si ex Officio, aut p Inquisitionẽ
seu denunciationẽ vel accusationẽ aliouẽ
modo procederetur. Ac rursus cap: 8. caue-
tur vt Cause Epor cũ pro criminis obiecti
qualitate comparere debeat coram Jũmo Pon-
tifice referantur, vt per ipsũ terminetur.
Que omnia ad vnguẽ Sanctmus Rex sancta

tecta (vt aiunt) obseruari precepit. /.

Et enim verò mos ille maiorum vix defendi potest. Nam legati cognitionem in Epos aliqui non substinent, vt per specul: in tit. de legato §. nunc obtendendum q. 12. Antonius Butrig in c. p. de Iudicijs affirmat causas Eporum ad finem depositionis, vel vetustionis in monasterio nec per Archiepum nec per legatum diffinire posse; cui assentiuntur Abb: Felin, atque alij in cap. non pot. de re iudicata Aret: in c. denunciatos de accusationibus Nec obtinere potest vim suam hodie, nec illa Constitutio ~~de personis~~ Regni de personis vt placet Ibi Andree, atque Afflicto, qui ambo in Constitione cum satis ayunt Consuetudine, Ecc. non derogari per Regni Constitutiones: quod etiam censuit Andreas in Constitione Locis demanij; Addens dictam Constitionem de personis in regno non seruari. /.

Ratione feudi quo procedi possit contra Ecclesiasticos.

Quod autem dicitur ratione feudi, ac fidelitatis prestite, posse, à Rege laico

cognosci in Episcopos id sane indubium
non venit cum Civiliter de feudo agitur: at si
criminaliter agendum esset de crimine
clericorum, nec directe, nec indirecte —
Caius cognoscere pot, ut docet abbas
post Innocentium in c. vero, circa finem
n. 17. de foro competenti, quem sequutus
est Soccinus Abb: silentio preteriens in
c. ex transmissa n. 32. vers. quinto limita:
eodem titt. Jacobinus de Sancto ~~Gor~~
Georgio in tract: de homagijs. n. 14.
Felyn. in c. solite de maioritate, et
obedientia, et Comune ~~esse~~ sententiam
profiter, Ripa in c. ~~de~~ Pecernimus
n. 21. de iuris.

Non ~~parco~~ parcam Calamo in memorando
quod factum est à Marco Antonio Colunne
Prorege dno meo sub die 3. Decembris
1598. Cum Epos sede Episcopali absti-
nentes in pntia Proregum jussit sede pon-
tificali uti, observareque ritum in Pontificali

R missam Pontificalem non celebrantes.

R missam Pontifi[illegible] non celebrant

libro traditum fol: 223. vt cum palleo Pontifi-
cali accedat in suam sedem sedeatque prope
altare coram sede regia Id quod suis literis
Rex Phus laudauit atque confirmauit
16. Aprilis 1579. Madritij, quae hic execu-
tioni fuerunt tradite.

Episcopus vocari a Legato non est nefas.

Vocari tamen interdum Episcopos non est ne-
fas, ac debent sui Copiam facere, cum pro ali-
quibus regni negotijs consilij, atque auxilij
gratia, à Rege sunt arciti, quod reuerentia
atque Dignitate eorum non videtur iniurium
esse, vt colligitur ex c. si Epus xviij.
distin: vbi monetur Prelatus, quod si vo-
cetur, à Metropolitano atque, a Rege
debet prius obedire Regi facit tex:
in c. de Rebus 12. q. 2a. Ibi prius Conso-
latis Principem effectus in c. pastoralis
§. cum autem à Rege, vel Archiepiscopo
euocari arg. ab ordine literae de offo de-
legati, et glos: in c. reprehensibili 23.
q. 8. censet Episcopum feuda tenentem
à Rege prius debere obedire Regi quam Papae
Idem Glos: Innocen: Ban hor: in c. cum parati
de appellat: et latius hoc Ipsum confirmat

Carolus de grassalius in tract: Regum Franciæ lib: 2. Jure 13. ex quibus Justificatur Mos maiorum in Regno observatus quo vocantur ad parlamenta, Episcopi. Archiepiscopi Abbates aliique Ecclesiasticas dignitates habentes, Causa negotiorum ad publicam utilitatem Regni spectantium tamquam prelati sunt de consilio Regis ubi res publica agitur ex sententia Glos: in verbo consilio in conclusione pragmaticæ sanctionis post Bal: in auten: habita ne filius pro patre C. Jo: Andreæ, et Panhor: in c. clerici, ne cler: vel Mon: Felin: in c. hæc de foro Competen: Vincen: Cigault: in tract: de factis Princ: c. 4. Regali fol. 2. et tracta: de bello Italic: et Regal: vers. superius col. 4.

Statutum Preterea erat Regijs Pandectis Regni, ut solueretur quæda Jura Judicibus ac Fisci Patrono pro eorum subscriptionibus in Exequutorijs Episcopatuum, aliarumque Prelatiarum Regni, quæ sunt de Jure Patronatus Regio, ac Itidem solue-

In exequutorijs litteris concedendis, siue pro Exequatur Ecclesiasticis in reb. ut nihil solvatur.

Cap. 6.

rentur Jura pro exequtoriis apostolicorum rescriptorum
quae omnino abrogata fuerunt ad literas
Integerrimi Regis Philippi Domini mei
Datas Madrity 28. Decembris 1571. in haec
verba; tanbien nos ha hecho entender, que
quando se dan letras exequutorias no se conçie-
de se no se paga primiero cierta suma de
dineros: y porque esto no paresçe cosa con
ueniente proueereys, que de à qui adelante
no se lleuen dineros por esta causa, si no, que
se expida gratis: como lo hauemos ordenado
en el Reyno de Napoles. Quod quidem suma
prudentia fuit demandatum, et exequutum per
Illmum Marcum Antonium Colunam huius Regni
Proregem hoc anno 1579. quod antea non
seruabatur pro officiales: et id quidem suma cum
ratione exequutum fuit quando quidem
Exequutoriae non sunt de substantia pro-
uisionum, et ordinationum apostolicarum, tum
recognitio, quae in Regno fit rescrip-
torum, propter praeeminentiam Regiae et
Monarchiae conseruandam, non debet esse
cum detrimento, et expensis partium.

Erat Alius Abusus In Regia Monarchia quo-
Clerici, aut Laici via appellationis grauami-
nis vel alia ad eundes Regiam Monar-
chiam obtinebant inhibitorias in Causis
pendentibus, deinde declarato grauamine
obtinebant Literas ne Episcopi in eorum Causis
futuris se interponerent, qua ratione pro
delictis eorum preteritis coram ordinarijs
non poterant Molestari ob Inhibitorias
nec pro futuris tanquam recusatis, et suspectis:
et Ita Impunita eorum facinora remane-
bant Regiaque Monarchia ad releuandum
oppressos concessa reperiebatur directa
ad protegendum omnis Sceleris patratores.
Cui malo, vt plerisque alijs, Marcus An-
tonius Columna Prorex Excmus remedium
adinuenit, Constituto Aduocato atque pro-
curatore fiscale, in omnibus Causis Re-
giae Monarchiae pendentibus, et futuris:
qui haberent Curam ne delictorum Impu-
nitati nulla occasio ministraretur,
et Regia Monarchia ad releuandos oppressos

puniendosq3 scelestos omnibus modis iniusta cognosceretur, et Prouintiam fisci patroni mihi tum Indigno, tum occupatissimo, iniunxit, et Mag.^o Ignatio Monforti, onus Procuratoris fiscalis.

Est alius etiam abusus q Judex Ecclesiasticus datur, vt cum voto magnę Regię Curię prouideat de Justitia, et tamen quotidie Ecclesiasticus procedit cum voto vnius Judicum magnę regię Curię; qui tamen sunt tres tam Incriminalibus q3 in ciuilibus; quod est contra Jus, cum vnus ex delegatis nihil possit facere sine alio.

Nec refert q magna Regia Curia residet in vno; quia hoc expręeminentia magnę Regię Curię ex antiquissima obseruantia alijs existentibus impeditis, et in Causis temporalibus, et vbi magna Curia procedit vti ordinaria; at in Regia Monarchia Judices magnę Regię Curię sunt Delegati et tractant Ecclesiastica, et spiritualia

Vnde non potest extendi ad Causas Monarchiæ et Credo q̃ Exc^mus Prorer prouidebit pro eius dignitate, et prudentia, vt solet in cæteris.

Caput 7. De finali causa Regiæ Monarchiæ

Finis obquē Regia Monarchia siue Priuilegiū legationis in Regno inductū atq̃ obtemptū fuit grande beneficium Regni ne Regnicolarē causæ à Regno extraherentur, quod passim in dies contingeret ad lites elargandas perpetuandasq̃ cessante Regia Monarchia. multi enim Calūniarē auctores alij sub Colore obiectæ Illegitimitatis alij pretextu alterius articuli spiritualis vel Ecc^ci adeuntes ad Romanā Curiam impetrant citatorias ac Inhibitorias sub eiusmodi velaminibus eaq̃ ratione suspendunt Cursum causarē à Iustis petitoribus motarē impediuntq̃ veros Dn̄os suas res suaq̃ Iura adipisci Id quod non tantū In causis feudalibus ac magni momenti hactenus est factitatū sed etiā q̃ grauius atq̃ intollerabilius ducitur quibusq̃ in Causis minimis atq̃ etiā exequutiuis

nuper vidimus obtentas inhibitorias per tutorem
condenatum reddere rationes tutelae pretextu Ille-
gitimitatis Pupilli; quod quidem omnibus
visum est inventum ac machinatio intollerabilis Calumniae
cum tutores status questionem facere nequeant
pupillis quorum tutelas gesserunt, neque cui neces-
sitas in fine ff. de liberali causa Rebuf: in
l. verbum facere, verbo questionem facere
status de verbo: signif: fol: 954. ~~at~~

Apud venetos eiusmodi calumniarum eliminandarum
causa statutum fuit, ut quisquis in Curia Roma-
na de Illegitimitate ageret ad impediendam
proprietatis petitionem privetur rei possessione Nec
tamen veneti privilegium ~~habent pro~~ aliquod
habent privationis sed ne extraherentur
calumniose ad litigandum extra Provinciam
venetorum equum bonumque duxerunt eo modo
providere Stafileus in tracta: de literis
gratiae ~~et~~ Justitiae fo: 126. vers. audivi
tamen quod Stilus dicit quod Domini veneti
solent inhibere sub gravissimis penis subdi-
tis suis ne quis trahat alium non subditum
ad Curiam Romanam sequitur Robert: Lancelot:
in tracta:

in tracta: de obtentatis par: 2ª C. 20. in titº. de attenta: post inhibitionem in præfatione nº. 38. fo: 397.

Consimilem concessionem ne extraherentur Mediolanenses obtinuit Franc. Rex Franciæ à Leone Pontifice vt refert Boss: in titº. de prin: et eius priuileg: nº. 394. hoc sane tanto Iustius Faciliusque Conformandum est Regi Philippo obseruando ei eiusmodi priuilegium legationis per tot secula obtentum, ob tam magnum Regni beneficium publicamque vtilitatem quam ex hoc Regnum Regis tam Catholici, et Christianæ religionis summæ Protectoris consequitur.

Caput. 8. De Monarchia conseruanda

Cum non minor sit virtus quam quærere parta tueri; debet Rex omni prudentia, atque consilio Monarchiam, à maioribus suis quæsitam, in Regno conseruare: sequentibus rationibus, ob quas quisque animaduertit Monarchiam in Regno, sicut solem ita necessariam esse, publicæ tranquillitatis retinendæ causæ: ac sine ea quietum et tranquillum statum reipublicæ retineri non posse.

Prima ratio, quę efflagitat necessariū usum Monarchię est natura seculorū insolens et temeraria sunt enim Siculi ingenio acuto et controuerso prompti ad Contumelias et faciles adultiones, nouitatū Cupidi, seditiosi discordes, ac pleni passionū animi ut Fasellus lib. 1º prioris Decans Cap. 7º de moribus Siculorū tradit ex bonis Grauibusq; auctoribus Id quod experientia quotidie Cernimus. Itaq; si clerici essent liberi, et delicta eorū essent cognoscenda solū ab ordinarijs, etiā sedis apostolicę legatis procul, à timore prin.is temporalis omnē perturbarent quietē, facinoraq; atrocissima patrarent, quibus nō Ita frequenter se Immiscent potius formidine poenę quā virtutis amore Addo quod si cessaret metus Monarchię nō Cōmitteretur Crimen aliquod absq; interuentu alicuius clerici, vel monaci, quo prętextu indiuiduitatis Causę ad forū Judicis Ecclesiastici remitteretur ex sententia Soccini In l. Senatus ff. de rebus Dubijs, et tenuerunt quā plures quos

refert Ludo: Messia in pragma: taxe panis
coclus: 5. n.º 74. quod tamen in hoc Regno
non seruatur quia res diuidua est quo ad
cognitionem cause et punitionem transgresso-
ris capi: deu: 173. Rebuf: in Authen:
habita priuil. 106. et in prohem: Constitu:
Glos: 5. n.º 117.

Secunda ratio est causa euitandi scandala incre-
dibilia, que orirentur his Afflictis et miseris tem-
poribus si Laici viderent data laxitate impunitati
delictorum personarum Ecclesiasticarum. Id enim fere
perpetuo contingeret, quia in Curijs Ecclesiasticis pro-
ceditur Juris et ritus ordine seruato, admissis reis
ad defensiones, quo ordine Ac via experientia
Exploratissimum, ac plane notorium in Regno.
factum est Coruis Albis Clariores esse qui ad
punitionem effectiuam perducantur, ob tot artes, Ma-
chinationes, ac remedia que partim ex Cauthelis
Juris, partim ex malitia hominum Regni adin-
uenta sunt; quibus non est locus apud Tri-
bunal Proregis.

Tertia est propter maximum communeque beneficium
Regnicolarum si enim cause Spirituales, et per-
sonarum Ecclesiasticarum passim sine vlla re-

strictione extraherentur, à Regno plerique
omnes pene in discrimen admittendi id quod
quiete possident vel non consequendi quod
adeos omni Jure pertinet vocarentur, eoque
metu longarum litium, et maximorum sumptuum
extra Regnum faciendorum vel ab ipso initio
statim desererent sua Jura vel lassi
aglicti laboribus, ac expensis litium terga
verterent cum actor vel reus ditior ac
potentior plerumque ad Curiam Romanam adversarium
provocaret ubi certo scit non esse parem
ad Romae contendendum, quae quidem mala
Damnaque non tanquam fabulosa referimus sed
tanquam notissima atque experientia comperta
narramus Cum etiam Monarchia occasio-
nes plurimas amputante adhuc tamen acu-
tum, et controversum ingenium huius gentis ut cicero meminit ~~ut cicero~~
~~meminit gentis huius~~ non cessavit excogi-
tare multos modos multasque rationes
extrahendi causas, à Regno, modo
via Illegitimitis, modo quia preventiones
in Curia Romana Idque absque ullo Dei
timore, quibusque causis etiam modici mo-

menti moliri nõ erubescunt. huc respicientes
moloq; hæc studentes a Regno abigere
Reges omnes inde à magno illo Roge-
rio in votis atq; studijs summis habue-
runt ne causæ extraherentur à Regno
multeq; constitutiones editæ vt
causæ sicularum nõ extrahantur à
Regno vel via appellationis vel
via revisionis vt inter capitula Alfonsi
Regis c.° 463. vel ad instantiam vi-
duarum pupillorum, et similium personarum
vt apud Joanem Regem c. 33. nec ad
fisci quidem instantiam, vt apud Alfon-
sum Regem c.° 442. excepto casu
retardatæ seu denegatæ justitiæ
quod Rex Joannes Sixto c. 33. consti-
tuit, exceptisq; causis feudalibus
via recognoscendi merita causæ ac pro-
cessus, quod rex Ferdinandus c.° 24.
et c.° 60. constituit, abdicaverunt q;

à sese Reges temporalem Jurisdictionem
ac potestatem contrarium disponendi ut in
confirmationibus Capitulorum Regni legimus.
Quamquam hec abdicatio non sit Jurisdictionis
cum Reges per suos Ministros Regio nomine
illam exerceant. Ita pariter ducendum
est non ~~abdica~~ intelligi abdicatam, à
summo Pontifice Jurisdictionem cum per
Regiam Monarchiam tanquam legatum summi
Pontificis Causae judicantur in Regno
ob publicum Regni beneficium, et certiorem
Justitiae cultum id quod procul dubio
summo Pontifici, ac Pastori semper cupi
enti ovium suarum commodo Justum
tranquillumque statum animarum non solum
videbitur utile, atque optabile,
verum etiam necessarium.

Quarta ratio est (quam velim cum venia
bonorum, ac justorum dictam esse) ob pluri-
mas insolentias, multaque multorum judi-
cum ecclesiasticorum grauamina: atque quae
reprimenda non solum utile, verum etiam

necessarium in Regno ad esse Monarchã, idest Legatum Summi Pontificis cum Regia etiam potestate, ad obuiandum eiusmodi grauaminibus, quibus passim Regios vassallos atq; officiales affliggerent ad libitum, sitardum, et procul remedium contra eorum iniurias querendum animaduerterent. Quibus suffragantur, que tradit Bal: in simili de pace constantiæ ~~ad simile~~ affinem. — et Gregorius Lopez in l. 13. tit.° 13. par: 2.ª in Glos: magna.

102

De Regio Jure Patronatus In Archiepiscopatibus, Episcopatibus ceterisq; beneficijs Ecclesiasticis Regni Sicilie.

Pro defensione Regij Jurispatronatus nuper Allegationes conscripsi, quas hoc in loco transcribendas duxi, prout fuerunt exaratae, et transmisse ad Regem Dominum meum, ne vario ordine eadem repetantur, videlicet.

Ad Ill.mum et Exc.mum Marcum Antonium Colunam Sicilie Proregem.

Mandauit mihi Exc.tia vra, vt conscriberem Allegationes super Regio Jure patronatus presentandi Episcopos, et Prelatos huius Regni; Inuasit me tremor incredibilis demandati negotij audita magnitudine: tum q ea Res nuper in controuersia reuocata est, coram maximo Pontifice Gregorio Tertio decimo: meaq; scripta

videnda, excutiendaq; sint, à peritissimis Christianę Reipublicę viris, quorũ in aspectu Ingenij mei nauiculatim et apparere, tũ quòd tàm magno arduoq; peragendo negotio exiguũ tempus mihi datũ sit. Res profecto maxima est, longo, et profundo studio Indigens; Itaq; aliquanto longiori tempore mihi opus erat, et pro rei qualitate, vel mediocriter scriberem, homo quotidianis p̃ Serti causis occupatissimus. hęc nõ eo, à, me dicta existimari velim, quo detractare videar impositã prouintiam, (nihil enim mihi iucundius accidit, q̃ elaborare in seruitiũ Regis Domini mei tam vtile, tamq; necessarium) Sed quò, et rei magnitudinẽ, et tempus ad ea necessariũ mihi deficere testarer, vt non possim inspecturis has allegationes satisfacere innixus tamen Felicis, Inuicteq; Colũnę pręsidio, Dabo vela ventis, et oram soluenti nauiculę bene precemur.

Reges Sicilię legitimè tutari possunt Jus pręsentandi Episcopos aliosq; Presules ad regendas Ecclesias plurimis rationibus.

Prima quia hoc ipso q Reges sunt, ad ipsos spectat Jus presentandi Prelatos in Regno.

Secunda quia fundatores ecc.ar dicuntur cum ipsas ecc.as à manibus infidelium eruerint.

Tertia quia dotantes Ecclesias, feudorum, et prediorum amplissimorum Collatione, ex hoc Jus patronatus nanciscuntur in Ecclesijs.

Quarta ex consuetudine, que Jus presentandi in Ecclesijs etiam Cathedralibus tribuit.

Quinta ex prescriptione.

Sexta ex Privilegio presumpto ex Immemoriali possessione presentandi.

His fundamentis validè comunitis, quorum vel unum tantum ad Victoriam sufficeret, luce meridiana Clarior apparebit Victoria Regis Domini mei in hac controversia.

Sed priusquam ad prefatorum fundamentorum demostratione accedam, non abre esse existimo premonere, atque premittere unum solidum verum, et comune axioma; Jus patronatus in antiquissimis probari per famam, Inditia, et coniecturas, cuius auctor est Bal: in l. cum

super. C. de reivendic: et in auten: quas actiones circa finē c. de sacrosant: Eccles: et in cons.° 310. lib: 5. Abb: cons.° 54. lib: p.° Barbat: cons.° 6. n.° 17. lib: 2.° Deci: cons.° 117. in fin: cons.° 174. n.° 4. Crauet: cons.° 322. in princ: Soccin: Jumor cons.° 105. n.° 16. lib: 2.° Roland: à Vall: cons.° 3.° col. p.ª lib. p.° Hyppol. Riminal. cons.° 137. n.° 25. vol. 2.° et Collegiū Ferrariense inter cons.ª hyppoliti Riminaldi cons.° 114. n.° 4. Petrus Follerius in c. Item statuimus q. officiales n.° 23. de Episcop: et Cleri: presumitur etiā ob temporis antiquitatē omnia requisita intercessisse, vt latè Idem Collegiū Ferrariense eo loci probat.

Nec sacrū consiliū Tridentinū sess: 25. c.° 9.° quod dat modū, et formā probandi titulū Juris patronatus tollit eiusmodi probationū species, generalis enim dispositio non comprehendit Jura Regia, nec Jus presentandi Regi competens ad hęc enim tollenda contrà Regem specialis mentio requiritur, vt

tradit Paris cons.° 112. vol: 4.° in fin: Petrus Rebuf: in praxi beneficiorum in 3.ª par: signatu: vers. nec non Jure patron: n.° 62. fol: 173. ubi quàm plurimos citat, quibus addo Quintilianum Mandosum in Regu: Cancell: regu: xj.ª de reuocat: qu: 13. Jo: Nicol: in tract: de Jure patr: lib: 2.° cons.° 44. Marinum Freccia lib: sub feudorum in tit.° de differentijs inter feuda regalia titulata, et alia feuda differentia 30. fol: 252. Petr: Follerium super Constitutione Regni in c.° Item statuimus n.° 7. et 8. in tit.° de Episco: et Cleri: Id, quod ex verbis Tridentini consilij ferè licèt colligere. Nam dum agit de Abrogatione Juris patronatus excipit Jus patronatus Imperatorum Regum et Principum, Jura Imperij in Dominijs suis habentium, accedit ad hoc, quòd Consilium Tridentinum statuit quòd titulus Juris patronatus sit ex fundatione, vel dotatione, siue ex multiplicatis presentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat aliasue secundum Juris dispositionem, unde probatio, quae de Jure comuni fundatur non est explosa, a consilio, et quamquam

in personis, et vniuersitatibus in quibus Id Jus plerumq; ex vsurpatione potius quesitū presumi solet plenior, exactiorq; probatio, à concilio requiritur, tamen id ad Regem Dominū meum referri non potest, cui vsurpationis nulla suspitio obtrudi potest, quippe qui Regnum possideat tanq; successor magni Illius Comitis Rogerij, qui Regnū, à faucibus Infidelium recuperauerit, Ecclesias in eo ditauit Prelatos ad eas Gubernandas Constituisse traditur, quos Vrbanus sūmus Pontifex, vt Inferius ostendā pluries gesta Rogerij extollēdo, et veritatē rerū gestarū testando confirmauit. Hec enim omnis vsurpationis adimunt suspitionē Justamq; causā meritorū precedentiū indicant Justam, ac rationabilem prelatos presentandi causā profitentur, presertim in Rege Domino meo Philippo protectioni Romane Ecclesie tam maxime incumbenti.

Hac premissa pfatione libet iam ad cōmuniendas premissas rationes Calamū dirigere, quarū prima est Jus presentandi prelatos ad Regem spectare eo Ipso q; Rex est in suo Regno.

id quidem, vel inde ex veteri testamento
ediscimus, in quo legimus Moysem Ducem He-
breorũ constituisse in Sacerdotẽ Aron eius
fratrem Exodi. cap: 25. et Dauid Rex. 24.
ministros preposuit lib. p.º paralipomenõ. c. 14.
Judas Item Machabeorũ Dux eligit sacerdotes,
qui purgarent sancta lib. p.º Machab: c.º 4. si
in veteri lege hoc factitatũ est, multo id
quidem magis in lege gratie est permitten-
dũ, in quo Reges Siciliæ, et precipue magnus
ille Rogerius Ecclesias erexerunt magnis
predijs, et annuis prouentibus locupletando,
et ornamentis decorando adeo vt veri
patroni Ecclesiarũ Cathedraliũ Justissime
dicantur ab Archidiacono in c.º lectis distin:
63. ex quo c.º maxime Auctoritatis Doctor
efficaciter Argumẽtũ deprompsit Reges pa-
tronos esse Episcopaliũ Ecclesiarũ, quem
sequitur Bal: in prohemio Decretal: in
verbo Rex Pacificus col. 2.ª n.º 12., et in
c.º quanto in fin: de Jud: vbi dicit esse no-
tandũ pro Ducibus Alemanie, et similibus
sequitur Corsett: in tract: de potesta: Regia

c. 34. Par: de Put: in tracta: sindicatus in verbo ciuilitas vers: statutū n.° 3.° pulchrā illā Archidiaconi sententiā, et decisionem pro Jure patronatus Regis Franciæ citant quamplurimi non vulgaris nominis Doctores Gugliel: Benedic: in verbo, et vxorē nomine Adelasiā 2.ª decis: n.° 376. Igneus in repet: l. necessarios §. nō alius n.° 331. et seq: ff. ad Sillemianū Carol: de grassa: lib. 2.° Regal: franc: Jur: 3.° vers.° 2.ª ratio fol: 241. Arnulf: Ruze: in tracta: Jur: Regal: in prefatione n.° 6. ac etiā pro Regio Jure patronatus Regni hispaniarū Illā Doctrinam adducit Palatius Rub: in rubrica De Donationib: inter virū, et vxorē introductione n.° 24. Alfonsus Aluares in Specu: Sūmorū Pontificū c. 41. n.° 4. et c. 63. n.° 2.° Didac: Couarr: in Regu: possessor: in 2.ª par: relection: §. 10. n.° 5.° de reg: Jur: et In Rege Siciliæ Andr: de Iser: in Prologo Constitutionū Regni n.° 12. Hæc verba addit seruatur tamen Regi Siciliæ hoc in Ecclesijs Illis, in quibus ab Antiquo habuerunt Reges Siciliæ Jus patronatus.

Quę quidem conclusio comprobatur per tex: optimū in d. c. lectis. 63. distin: quo diffinitū est Episcopos Electos non Instituendos, à Romano Pontifice, nisi Epistolam approbationis ab Imperatore obtineret. Etenim, et Jure equum est, et honestati conueniens, vt in Ecclesia Cathedrali Prelatus ante Institutionē patrono etiā priuato exhibeatur, vt patronus videat an sit conueniens, et Idoneus Ecclesię administrationi c.° nobis, et Ibi Doctores de Jure patronatus ad quod etiā Alludit tex: in c.° p.° an agnatus distinct: 63. Ibi, et cū eorum conscientia et Jussione debet ordinatio prosperari ad Idem tex: in c. Adrianus el. 3. eadem distin: vbi à Jure Data est potestas Regibus Consentiendi Electioni prelatorū, et Inuestiendi electos Concordat Capitulū Salonitę, et Capitulū cū longe eadem distin: pręsertim ibi, quibus exemplis, et pręmissis actoritatibus liquido colligitur Laicos non excludendos, neque Principes esse reijciendos ab ordinatione Ecclesiarū.

Hec solũ petenda est licentia, à, Principe; sed etiã obtinenda. c. reatina, et Ibi Glos: eadem distin:, et est bonus tex: in c. cũ inter vniuersa de Elect: qui loquitur de Rege Siciliæ vltrà Farũ, vbi dicit mandamus quatenus inuocata Spiritus sancti gratia personã Idoneã per Electionẽ Canonicã concorditer assumatis ad regimẽn Capuanæ Ecclesiæ consequẽter ad audientiã nostrã nuncios Idoneos transmissuri, per quos, à, nobis Viceregiũ postuletis assensum, et a postolicæ Confirmationis gratiã requiratis ad Idem tex: in c.º q. sicut de Electione Ibi cũ in ea nihil attentatũ fuerit in præiudiciũ Regiæ Dignitatis, quia nõ simplex nominatio, sed sollẽnis Electio debet Principi nũciari.

Per hæc Iura Innocen: notabiliter tradit in d. c. quòd sicut, consuetudine induci posse vt non procedatur ad Electionẽ Prælati nisi prius denuncietur Principi eius mors, et petatur ipsius assensus

in Electione futuri prelati alioquin cassabi-
-tur Electio contra consuetudinem attentata
quod dictum comendat, et approbat hen-
ricus boie in c. nobis col. penult: de Jure
patronat: Abb: Siculus in c. p. de Elect: et
in d. c. q. sicut col. 3. n. 7. ubi dicit quod
dictum Innocentij solet comuniter teneri.
Idem Abb: in c. p. de consuetu: Montaluus
in l. 18. tit. v. par. p.a, et fuit etiam
dictum Archidiaconi in d. c. reatina 63.
distin: quod refert, et sequitur paulus
de leazar in repet: c. nobis de Jure pa-
tronatus Bal: in c. cum consuetudinis de
consuetudine Angel: in l. adoptio col. 2.
ff. de adopt: Joan: Igneus in repetitione
dictæ l. necessarios §. non alias n. 331.
et sequ: ff. ad Sillenianum. Dicit etiam
Innocen: in c. super his n. 8. de accus:
quod si eligatur in Episcopum aliquis,
qui sit suspectus statui Principis potest
Princeps de Jure petere, et obtinere cas-
sationem Electionis, quem sequitur Andr:

de Iser: in dicto Prologo Constitut: Regni n.° 16.
Igneus in pręcitato loco n.° 612. Jacob: bonau:
in suo panegirico post tractatū Joānis de Iser:
rub: contra rebelles col. 6. fol. 112. Anto.
de Butr: in d. c. q. sicut n.° 16. dicit esse be-
ne notandū, et seruari de facto, q. si aliquis
non est de statu nō habet dignitatē,
nec in Bononia, nec Inflorentia.

Quę omnia ratione valida cōmuniri possunt,
quia Regis Interest noscere, qui intra eius
Prouintiā sint administraturi Ecclesias,
colligitur ex his, quę notant Innocen: et Abb:
in c.° super his de accusationibus Bal: et Abb:
in d. c. q. sicut, et in specie tradunt Joannes
Feraldus in tracta: de Insignibus peculiaribus
Regis Francię quo Iure Cassaneus in Cathalogo
Glorię Mundi par: 5. consideratione. 24.
n.° 294. Carolus de grassaluis lib. 2.° Regal:
Francię Iur: 3.° Didac: Couarr: in pręcitato
loco, Interest enim Regis ne Eligatur
quispiā ei suspectus, qui posset secreta
Regni reuelare argumēto l. omne delictū
ff. de Re militari tradit Innocen: in d. c.

q sicut vers.° reuelatio in princi. que sequun-
tur Doctores secundum Jo: lup: precitato loco
et nouissime Didacus Peres lib: p.° tit.° 3.°
ordi: regiarum l. 3. fol. 71. que maxime
procedunt, et habent locum quando Ecclesie
vocant in prouintia limitrosa seu in li-
mitibus Regni sita, et alteri Regno, aut
nationi finitima, vt late docet Carolus
de grassalius in precitato loco fol: 241.
vers.° que maxime procedunt hoc idem
voluit Hostien: in suma intit.° de
Elect: §. quis possit eligere col. p.a vers.°
Sed et electione facta dicens q si prela-
tus, a Principe seculari temporalia
retinet, et est suspectus vel infidelis
ei, merito audietur idem videtur, et
si temporalia non teneat secundum ho-
stiense ibidem, idem tradit Joannes Andr:
in d. c. nobis col: 3. in verbo hone-
stius, vbi dicit cautum esse facta elec-
tione requirere principis consensum. c.°
sacrosancta de elect: ne excipiat contra

ipsu ante confirmationem, vel Consecrationem
c.° super his de accusationibus puta, quia di-
ceret eum suum Inimicum Capitalem, vel quod
talem in terra sua non sustineret, et
est Justa causa secundum Vincentium
ibi, quem refert, et sequitur Jo: Andr:
ad quod etiam adduco Dominicum, in c.° in nouo:
21. distin: prope finem in c.° vt circa §.
adict: col. 6. vers.° vnum tamen nota-
bile verbum de Electio: lib: 6. vbi dicit
quod Princeps opponens confirmando in
Episcopum, quod habet eum suspectum de reue-
latione, vel tractatu, et hanc suspitio-
nem concipit vel ratione patriæ, de
qua est Oriundus, vel parentum, à quibus
originem traxit audiendus, et admittendus
est, quod dicit esse notandum, quia quoti-
die Principes hoc praticant, quæ dicta com-
memorantur per Felin: in d. c. super his
col. 4. de accusationibus, et per Palatium
rubeum in d. rub: de Donat: inter vir:
et vxor: in introductione n.° 29. per quæ
dicit quod Rex hispaniarum eo ipso quod

est Rex est prōnus omniū Ecclesiarum dicti Regni reiecta opinione Alex: in c. Imperium x.ª distin: qui voluit dictum Archidiaconi in d. c. lectis, vt Rex intelligatur Patronus omniū Ecclesiarū procedat quoad protectionē, et defensionē Ecclesiarū, nō autē quoad Jus pntandi; quā Alexandrini opinionē Improbat Corsett: in dicto Tracta. de potest: Reg: c. 34. et re vera est contrà tex: in d. c. lectis, qui non requirit consensum regiū pro defensione, et tuitione Ecclesiei.

Sed enimuerò Ratio finalis, quę sola sufficeret ad hoc vt Rex sit prōnus colligitur ex c. cū Longè. 63. distin: videlicet Regia Dignitàs, et prerogatiua propter quā Juris precepta relaxantur, et transgrediuntur c.º Principes Seculi c.º Regū officiū videlicet. q. v.ª et hanc solam rationē sufficere ad pro-

batione Juris patronatus pro Rege Franciæ di-
cit Gulielmus Benedic: c°. Raynutius in
verbo, et vxore nomine Adelasiæ in 2ª.
decis: n°. 366. vers°. præterea licet ratio-
nes et n°. 367.

Restat ergò ex prædictis omnibus latè
congegi demostratum ad Reges spectare
Jus præsentandi prælatos in suis Regnis
hoc ipso, q Reges sunt no solum mul-
torum, et doctissimorum Virorum aucto-
ritatibus, verum etiam multorum Canonum
et decretalium exemplis.

Secunda Principalis ratio q Catholicus Rex
Philippus in Regno Siciliæ habet Jus
præsentandi prælatos ad Ecclesias Ca-
thedrales Regni, surgit ex eo q Rex
Philippus, et eius Prædecessores, à qui-
bus Regnum obtinet, ipsum Regnum, à ma-
nibus Infidelium eruerunt propter quod
et fundatores Ecclesiarum dicuntur, et

Prælatos

Prelatos ad Ecclesias Regendas nominandi
Jus habent Fama est, et historia omnibus
notissima, magnū Illū Comitē Rogerium
à quo Rex Philippus Siciliæ Regnum
obtinet, Siciliā à Saracenis Tercentum
ferè ānis occupatā, à Jugo Infidelium
liberasse, et ad Christianā Religionē re-
stituisse, quod licet multorū historicorū te-
stimonijs Docere possimus tamen cū adsit testimo-
niū, et auctoritas sūmi Pontificis Urbani res
gestas amplissimè testantis, et laudantis publico
et sacrosancto testimonio contentus ero dimissis
priuatis, Urbanus pontifex in quā plurimis eius bullis
precipuè in Bulla Data nono Kalendas Decembris
āno 1093. hoc tenore exorditur vniuersis ferè
per orbē Christianorū populis notū esse Credimus
Siciliā Insulā multis quondā nobilibus Illu-
stratā Ecclesijs opibusq̄, et populo copioso
multorū Religione effulsisse virorū et quo-
rundā Sanctorū Martirū, et virginum
clarruisse martirio. verū peccatis exigen-
tibus tanta species rerū, tantaq̄ pro-
bitas morū ad nihilū subito redacta
est effera enim Saracenorū gens predictam

Insulam ingressa, quoscuq; ibi Christiane fidei cultores reperit, alios gladio peremit quosdam exilio deputauit, plures miserabili seruitute oppressit, sicque Christiana Religio per tercentum fere annos à Dei sui cultu cessauit, Dominator autem omnium Deus Cuius sapientia, et fortitudo, quando vult, et quomodo vult regna transfert, et mutat tempora, quendam ex occidentis partibus milite scilicet Virum et Consilio optimum, et bello strenuissimum ad eadem Insulam transtulit, qui multo labore frequentibus prelijs, et crebra suorum militum cede ac sanguinis effusione regionem totam à seruitute Gentilium opitulante Dno liberauit, que quidem Narratio extat in Bulla consecrationis, seu confirmationis Rogerij Episcopi Syracusarum presentata à Comite Rogerio per Vrbanum Papam confirmati tempore precalendato redacta in publicum transumptum per Notarium Franciscum de Siluestro in Regijs Registris conseruatum.

Ex hac recuperatione Regni à manibus

Infideliu Comes Rogerius Jus patronatus in Eccle-
sijs acquisiuit, Nam si hoc conceditur cuicuq;
Laico fundatori debet multo magis concedi
Regi, seu Principi recuperanti ciuitates et
loca de manibus Infideliu suo sumptu, labore
et sanguine cu longe magis piu, et meritoriu
sit, quo ad Ecclesia Militante, et Triumphan-
tem terras de manibus Infideliu recupe-
rare, qua inter Christianos Monasteria
et Ecclesias de nouo construere, et edifi-
care p qua ratione in conuincibile ita con-
cludit Lupus de Palatijs rubeis in tractatu
de libertate Ecclesiastica. 2. par: q. 14.
col. penult: vbi etiam q plura allegat,
quibus addo tex: in c. consuluit de Judeis
vbi dicitur fauorabilius est reedificare
destructum q de nouo construere Idem te-
net Glo: Tancred. Hostien: et Henric: Boyc.
in c.o quoniam de Jure patronatus, et Cesar
Lambert: in tracta: de Jure patronatus
lib. p.o in 3.o art: 6. q. princip: p.e par: pbat
ex multorum opinione q si Ecclesia esset
funditus destructa si aliquis ea reedi-

ficat acquirit Jus patronatus, quia per Inde est
ac si ab initio Ecclesiam construxisset, quam
opinionem tenuit, et comprobauit Cur: Intract:
Jurispatronatus in verbo Construxit. q. 8.
n°. 12. quae fuit opinio Glo: in d. c. quoniam
de Jurepatronatus, et Glos: comuniter Ibi
approbatur, vt testatur Grego: lopes. in
l. p.a tit.° 15. par: p.a piglio tres Cosas. Intantum
q Ecclesia penitus destructa hostium cap-
tiuitate si restituatur non erit patronus
primus Constructor, sed qui recuperauit,
quia censetur reedificare Ecclesiam penitus
destructam, quod Colligitur ex Innocentio
in rub: de Jurepatronatus, et tradit Au-
gustinus Berous in eodem c.° quoniam n.° 97.
de Jure patronatus

Per hanc quoque rationem Gotorum Reges a quibus
Rex noster hispaniarum originem trahit, —
qui hispanias viriliter aggressi sunt, et
vandalos sueuosque debellando ab hispa-
nijs expulerunt Jus patronatus in Eccle-
sijs praesertim Cathedralibus acquisiuerunt vt
in specie tradunt Gregor: Lopes in l. 18. tit.° 5.
par: p.a Joannes Lupus in repetitione ru-

brice de donatio: inter Vir: et vxor: introductione. n.º 24. Alfonsus Aluares in speculo sumorę Pontificu. c.º 41. et c.º 63. inprin: Ferdinandus Vasquius lib: controuer: Illustriu vsufrequent: c. 22. n.º 14.

Prędicta ratio adducitur in tex. d. legis. l. 18. tit.º v.º par. p.ª du assignantur rationes, per quas Reges hispanię habent Jus patronatus in Illo Regno prima adducitur porque ganaron las tierras delos moros, et fizieron las mesquitas e echaron de y el nombre de maoma, et metiron el nombre de nuestro señor Jesu Christo, quę lex licet nõ possit allegari ad decisionẽ causarum extra Regnũ hispanię, tamen eius ratio tanq̃ prodita à sapientibus viris, et Compilatoribus illarę legum est admittenda prę sertim cũ leges Illę fuerint ædite ab Alfonso Rege, qui sapiens fuit cognominatus, qui vsus est prudentissimis Jure Consultis ad leges partitarę compilandas inter quos fertur interfuisse Azonẽ, et dicit Fernandus Vasq: d. lib. p.º controuer: vsufrequent: c.º p.º n.º 8. q

.B.D.L.O.L.D.Z.

Illarę legum sensus, et interpretatio auctoritates Doctorum contrariam partem defendentiū superabunt.

Et nō solū Comes Rogerius Regnū, à manibus Infideliū eripuit sed Archiepiscopū Panhormitanū in sede Archiepiscopali collocauit, et Archiepiscopatū ditauit, vt Constat Bulla Data Romę 16°. Kalen: Maij Millesimo octuagesimo tertio Imò Federicus priuilegio Dato Messanę mense Aprilis año. 1211. testatur Ecclesiam Panhormitanam, à Regibus suis prędecessoribus initiū sumpsisse.

Et Idem Rogerius Ciuitate Cathinę Victis Saracenis potitus in ea templū Sicilię maximū, et Monasteriū Sancti benedicti erexit, cui prefecit Augeriū virū, cui Ecclesię agros, Vrbem Ethnam Siluam et Castra liberaliter Donauit, cui Episcopalis Dignitàs Deinde ab Vrbano secundo Romano Pontifice concessa fuit, vt Rogerij monumento Condito Cathinę Die. 15. Decembris año. 1082. et Vrbani Bulla proditū est.

Idem Rogerius Agrigento expugnato cũ Vrbani secundi Romani Pontificis assensu Gerlandum genere allobrogensẽ Episcopũ Agrigentinũ p̃fecit opibus assignatis, vt eius dipplomate dato ãno salutis 1093. Constat in quo asserit conquisita Sicilia Episcopales Ecclesias ordinasse.

Rogerius quoq; Siciliẽ Rex clade Naufragij Salernitani imminente sola numinis pietate erectus Cefaludi vetustissimẽ vrbi templũ tota Sicilia insigne ad dignitatem Episcopalem dũ voto, et sacris incumbit construxit, vt ostenditur ipsius dipplomate dato mense Aprilis ãno salutis 1095. aliasq; Ecclesias ædificauit, et constitutiones in Ecclesiarũ fauorẽ ædidit secundũ Petrũ Follerium in Constitut: Regni ad audientiã nostrã n.° 2.° vbi ait ea Ratione motũ fuisse Regem Rogeriũ ad compilandũ illã Constitutionẽ, quia multas Ecclesias in Regno Vtriusq; Siciliẽ fecerat, et dotauerat et ipse protegebat, custodiebat et defendebat.

Comes ille Rogerius virorũ prientissimus tẽplũ

Cathedrale Messanę construxit templum vetustissimum Syracusani Episcopatus purgauit, et multis opibus auxit templum Pactense et Cenobium ordinis sancti Benedicti adiunctum estruxit, aliosq; Episcopatus constituit opibus ditauit pluresq; Abbatias Prioratus et Ecclesias erexit, à fundamentis, quibus etiam plura feuda concessit, vt constat ex priuilegijs relatis, et recitatis per fasellum de rebus Siculis posteriori decade lib. x.°

Ex hac fundatione Juris patronatus predicto modo deducta corroboratur prima ratio, q Rex habet Jus patronatus ex eo q sit Rex, Nam concurrente Dupplici qualitate scilicet q Reges sunt, ac etiam ratione quod Regnum de manibus Infidelium recuperauerunt sine controuersia est q Rex habet Jus patronatus in Ecclesijs Cathedralibus, vt declarat Abb: in c.° nobis de Jure patronatus Rocc: de Curt: in tracta: de Jure patronatus in Verbo Ecclesia q. p.a Jmol: in c.° fin: in vltimo notabili de

concessione prebende Abb: cons.° 57. lib. p.° Arnulf: Ruzeus, qui hos omnes refert in tract: Jur: Regal: in p.ª par: p̄fationis n.ᵒ 17.

Nec mouere debet quod non appareat fuisse expresse seruatū Jus patronatus in eiusmodi fundatione quod secundū aliquos requiritur, vt remaneat patronus ipse fundator, vt tradit Calderinus in cons.° v.° tit.° de Jure p̄ronatus, quoniā hoc nō est verū per tex: in c.° significauit de testibus per quē ibi Cardinal: Abb: et Felyn: ayunt q̄ ex fundatione Ecclesie acquiritur Jus patronatus licet fundator hoc Jus expresse non reseruauerit Ita tenet Glos: in c.° nobis de Jure patronatus Glos: in c.° siquis basilicā de consecratione distinct: p.ª Abb: in c.° postulasti col: fin: de Jure p̄ronatus Joannes Ta-fileus in tractatu de gratijs et expectatiuis in tit.° de modo, et forma Impetrantium vers.° sequitur videre de tit.° et qualitate beneficiorē n.° 5.° fol. 46. Arnulf: Ruzeus in tractatu Juris Regaliorū in p̄fatione n.° 2.° Franc: Marc: decis: 1009. in fine hyppolitus Riminaldus, qui alios allegat cons.° 137. n.° 12.° lib. 2.°

Et huiusmodi Jus patronatus, quod ex fundatione competit transit ad heredes fundatoris licet fundator hoc non dixerit, vt tradit Stafileus loco precitato, et licet aliqui tenuerint q transeat ad solos heredes sanguinis ea tamen opinio non est comuniter recepta, vt testatur Zabarella cons.° 122. in princip: eaq comunis est sententia q transit ad heredes quoscumq etiam extraneos, vt Affirmat Emanuel à Costa in c.° si pater in verbo Trebellianice par: 2.ª n.° 4. vers.° vnde colligitur Prosper passettus cons.° 47. in fine licet sint Illegitimi Gram: inter Consilia ciuilia cons.° 62. n.° 8. et quantumcumq sint feminae Berous in c.° p.° n.° 54. de Jure pronatus Menoch: cons.° 90. n.° 18. lib. p.° et in specie nra q transeat ad heredes Illius, qui Regnum à faucibus inimicorum eripuit tradit Alfonsus Aluarez in speculo summorum Pontificum, et Ferdinandus Vasquius in precitatis locis.

Tertia ratione fundatur Jus patronatus Regis Dni mei, quia plereq omnes maiores Ecclesiae ampla feuda, et territoria à Regibus

sunt consequutę, Nā inde ab Ipso Comite Ro-
gerio in cronicis legitur cū Siciliā à manibus
Saracenorū liberasset ità fuisse partitū Regnū
— vt vnā partē Regni Ecclesijs addixe-
rit, aliā Militibus, tertiā verò sibi
retinuerit, vnde emanarunt in consilijs
et parlamentis generalibus tria, vt vocat
Brachia Ecclesiasticū, Militare, et Demaniale
quę in vnū conuenientia totū regnū Re-
presentant. Id quod tradit magnę aucto-
ritatis apud nostrates Doctor Petrus
de Gregorio in tractatu de concessione feu:
fol. 3. dū disserit de origine feudorum
— in Regno Sicilię probatur etiam hoc Ipsū
Doctrina Archidiaconi in c.° Imperiū x.ª
distinct: vbi ait Reges Anglię habere
Jus patronatus quia patroni sunt Ecclesiarū
vel eoq plura feuda Ecclesijs concesserūt
refert, et sequitur Joānes Igneus in repeti-
tione l. necessarios §. non alias n.° 331. ff.
ad Silenianum hoc Ipsū tradit in specie Caro-
lus de grassalius in tractatu Regaliuz
Francię lib: 2.° Jure 3.° vers.° cuius Juris

Arnulfus Ruzeus in tractatu Juris Regaliorum in par: ver: secundo loco fol: 9. et dicit Guhelmus de benedictis in repetitione Capituli Raynutius in verbo, et vxorem nomine Adelasiam in 2a. decis: n.o 332. quod si eligatur alius, quam nominatus, à Rege cassabitur.

— Electio, quia Rex Franciæ ferè omnium Ecclesiarum Pontificalium fundator existit, aut Dotator cum vix vna in Regno Ecclesia existat, quæ non teneat à Rege feuda pro patrimonio, et mensali sustentatione Idem repetit. n.o 376.

Ad horum comprobationem videri possunt priuilegia feudorum à Regibus concessorum, quæ apud singulos Episcopatus reperiuntur, et si sufficeret Juris præsumptio, quæ omnia in Regno à Rege censeri obuenire tradit, vt docet Joannes Faber. l. p.a col. 2a. vers.o Sed tu. C. de summa Trinitate, et fide Catholica. vnde Guihelmus de benedictis loco præcitato n.o 465.

— ait quod in Regno Franciæ non procedit Illud axioma, quod res præsumitur Allodialis cum Rex sit suppremus Dominus non solum, quo ad Juris=

dictione, sed etiam quo ad Dominium directum bonorum temporalium, id quod eadem ratione multo magis procedere debet in hoc Regno cuius Dominium Iuregentium Comes Rogerius ab hostibus acquisiuit, vt post alios tradit Jas: in l. id quod n.° 14. de leg: p.° Nam, et Ecclesiæ ante Rogerij aduentum nihil possidebant, vnde intentio Prelatorum non potest esse fundata de Iure comuni nisi tantum quo ad spiritualia non autem quo ad temporalia, nisi quatenus probaretur Ecclesijs donata à Rege, vel alio Domino temporali, vt tradit Idem Galiel de bened: in p.° decis: n.° 289. vers.° vnum tamen mente tenebis allegat tex: in c.° cum venerabilis de exceptionibus hinc dicunt doctores precipue Abb: in 2.° notabili in c.° veniens de accusationibus, quod Princeps secularis habet suam intentionem fundatam de Iure comuni super temporalibus etiam ab Ecclesia possessis, et quod ratione horum temporalium tenentur prelati prestare homagium sequitur hoc Anto: Corsett: Inquiens quod Abb:

pro certo bene loquitur in repetit: c. grandi
car: 9. col. 3. de supplenda negligentia Prę-
latorū vers.° nota Ibi de homagio, Idem
dicit Glos: in c.° fin: 22. q. fin: q̄ Episcopi
Jurant Imperatori fidelitatē, et In Regno
hispanię cōmuniter Episcopi habent tempo-
ralia, à, Regibus Ideo Jurant, vt in c. nimis
de Jur: Juran: et in c.° solite de maiori:
et obed: Gregor: lopes in l. 5. tit.° 15 par.
2. in Glos: los perlados, Et Ideo in hoc
Regno Prelati tenentur Jurare fidelitatē,
vt Cauetur In c.° Regis Joānis fol: 178. Sed
in noua Impressione fol: 304. Incipit fide
homagiū p̄stitū per Oratores Sicilię Regi
Joāni et licet prelatis Ecclesię eo Ipso
q̄ habent possessionē prelaturę cū
literis, et licentia Regis Illa licentia
habeatur loco Inuestiturę vt traditur
in c.° Regis Alfonsi. 519. tamen quando Ce-
sarea Mtās Caroli quinti Imperatoris
renunciauit Regnū Regi Philippo dn̄o
meo, omnes Prelati Jurauerunt fidelitatē
super Cruce Dn̄i nr̄i Jesu Christi, et eius

sanctis quatuor Euangelijs tactis corpo-
raliter, sicut Ceteri Duces, Marchiones,
Comites et Barones plereq; et alie persone
Ecclesiastice tenentes feuda fidelitatem
Jurauerunt ne in cōmissū caderent, vt hec
registris huiusmodi Juramentorū notoria
sunt.

Eiusmodi prestatio Juramenti fidelitatis ar-
guit res esse feudales, vt respondet Aret:
cons. 14. col. 2ª. Ruyn: cons. 34. n. 7.
cons. 42. in princ: lib: p. Docet Jas: in pre-
ludijs feudorū n. 28. Gozad: cons. 9. in princ:
cons. 65. n. 70. Paris cons. 21. n. 22. cons.
29. n. 34. lib: p. Berous cons. 115. n. 8.
Rolan: a valle cons. 90. n. 20. lib: 4. etiam
si nō prestetur seruitiū, vt cōmunem sen-
tentiam testatur Curt: Junior in tracta: de
feud: pª. par: 9. 7. tamet si persone Eccle-
siastice satis intelligantur seruitiū pre-
stare cū post mortem Prelatorū Rex
consequatur fructus Prelatiarū, donec
alius Inuestiatur Prelatus, vt latè pro-
bat Arnulfus Ruzeus in predicto trac-

tatu Juris Regaliũ in p.ª par: vers.º 2.º loco
fol: 9. Si enim nõ essent feuda, et obnoxia
seruientia Regi fructus nõ cederent
lucro Regis, sed reseruarentur futuro
successori c.º presenti de officio ordinarij
hinc nimirum Alfonsus Rex coegit prelatos
ostendere priuilegia feudorũ, que possidebãt
Et prelatis supplicantibus, ne cogerentur
ostendere Rex acquieuit exceptis feudis
habentibus terras, vel Castra, in quibus
noluit acquiescere deinde autẽ concessit
Prelatis nõ habentibus Priuilegio, vt si
Ecclesia possedit p. 30. ãnos censeatur
habere priuilegiũ denouo à Rege in ~~Pheu~~
feudũ, vt legitur In c.º Regis Alfonsi
456. vbi in decretatione Dicit Placet
sue M.ti confirmare et denouo concedere
eisdem Prelatis, Comitibus, et Baronibus
et Concedit etiã Ibidem herbagia, vnde
hodie omnia possessa per Ecclesias censen-
tur feudalia, et prelati censentur habere
Priuilegiũ à Rege, et propter feuda et
Castra

Castra, quę detinent Prelati vocantur ad Parlamenta Marinus Freccia lib: p.º sub feudorę in quęst: inter Principem Salerni, et magnū Cancellariū n.º 30. fol: 19.

Et Similiter propter feuda, quę Detinent Prelati, à Rege in temporalibus appellatur ad Regem, et eius magnā Regiam Curiā, vt tradit Bar: qui dicit esse casum ibi in l. siquando C. de appellat: vbi dicit ità tenere Canonistas in c.º p.º de feudis, et alios, quos refert Felyn: eos sequutus in c.º solite col. 3. de maioritate, et obedientia Montaluus in l. p.ª col. 3. vers.º ex quibus sequitur tit.º 4. par: 3.ª Couarr: pract: quest: c.º 4.º n.º 2.º Doctor Burgensis solon de pact: in l. p.ª Tori n.º 456. et Didacus Peres in l. 5. n.º 4. lib: p.º ordinationum vers.º Donde tienen su Jurisdicion, qui testatur in hispania ità receptum esse, quod etiā in francia seruatur, vt testatur speculator in tit.º de appellat: §. nunc hactenus adquē sit appellandū

Franciscus Marcus decis: 445. n.° x.° et xj.° lib. p.°
Joanes Imbertus cuppellanus lib: 2.° forensium
Institut: cap. 3. Gulielmus de Benedict: in
d. c. Raynutius in dicto verbo, et vxore
nomine Adelasia 2.a decis: n.° 317. Carol:
de grassal: lib: 2.° Regal: franc: c. 14. ea-
dem ratione feudorum Reges, et Principes pos-
sunt mittere Episcopos et Abb: suos ad exer-
citum, quod de Jure receptum esse testatur
Lancilottus Corradus lib. p.° c. 2.° de Rege
§. 3. de magnitudine Regis n.° 9 post Pe-
trum de Antibulo in tracta: de nunciibus
in 3. par: n.° 97.

Hec requiritur in fundatore, et Constructore
q feuda fuerint Ecclesijs assignata tit.°
et Causa Dotis expresse quicquid dixerint
multi. Nam quicquid sit in volente ac-
quirere Jus patronatus ex dotatione —
quando agitur de constructore, qui tene-
tur dotare quelibet simplex assigna-
tio presumitur ex causa Dotis, ad quam
de Jure tenebatur, ad quod allegatur
tex: in c.° pre mentis 16. q. 17. qui —

loquitur de constructore, qui tenetur dotare
Ecclesiam, et tamen ibi tex: dicit collata
prius donatione solleni, et sic utitur
verbo donatione ad idem tex: in c.
quicuq 16. q. 7. qui loquitur de his, qui
bus acquiritur jus patronatus ratione do
tis et tamen tex: dicit quicuq propria
devotione de facultatibus suis Ecclesiæ ali
quid contulerit, non autem dicit ex causa do
tis dederit ad idem tex: in c. filijs eadem
quæst: 7.a secundum vna lecturam, quæ habet
construxerit, vel ditauerit per quæ jura
et multa alia ita tenet Berous in c.
quoma. n. 89. de jure patronatus Gregorius
Lopes in l. 2.a tit. 15. par: 1.a qui addit Bal:
nouellum in tracta: de dote in princ: col. 5.a
vbi etiam vult q. si Ecclesia esset pau
per, et indotata legans stabilia tali
Ecclesiæ præsumitur quod faciat causa
dotis, quod ita suadet subiecta ma
teria per id, quod habetur in l. quod
autem ff. de jur: dot:

Imò non solũ quando esset constructor verũ etiã si non fuisset constructor si Ecclesia prius non habebat dotẽ, et aliquid ei simpliciter confertur absq; expressione dotis acquiritur conferenti Jus patronatus, vt tradit sollẽnis Doctor Petr: de Anchar: in c.º prelatis in fin: de Jure patro.

Quarta ratio Juris presentandi oritur ex consuetudine in qua ne dũ queritur Jus presentandi, sed etiã Jus patronatus, vt concludit Joannes Andreas in c.º querelã per Illũ tex: de Electionibus, et Regul: quod alicui de regul: Jur: Fider: de sen: cons.º 234. Cardinal: in Clemen: 2.ª quest: v.ª de Jure patronatus Abb: in d. c. querelã fatetur hanc esse cõmunem opin:, et quod in practica seruatur, et eã esse cõmunem testatur Dec: cons.º 117. col. 3.ª cons.º 124. n.º 2.º cons.º 126. n.º 2.º et in Rub: de Judicijs n.º 8. et in c. cũ venerabilis de exceptionibus.

De qua consuetudine meminit Gregorius xj.º in confirmatione capitulorũ pacis Initæ año 1393. inter Illũ Dnam Joannã Reginã

Hierusalem, et Sicilie parte ex vna, et magnus
Vbertinu de Catilia ordinis minorum procura-
torem Illustris Dni Fiderici de Aragon
Regis Trinacrie parte ex altera extat
Capitulu in hec verba omnes Insuper Ec-
clesie tam Cathedrales quam alie regulares
et seculares, nec non omnes Prelati
Clerici et vniuerse persone Ecclesia-
stice seculares et Religiose in Electio-
nibus postulationibus nominationibus, pro-
uisionibus, et omnibus alijs plena libertate
gaudebunt, Nec minus in Electione vel
priuilegio dicti Fiderici, seu eius successoris
in Regno seu Insula predictis assensu, vel
consiliu aliquatenus requiratur quam Vbique
libertatem ipse Fidericus Ipsiusque in dictis
Insula, seu Regno successore semper ma-
nutenebunt, et conseruabunt, et manute-
neri facient ab omnibus subditis suis dic-
teque Ecclesie, et persone, et omnia re-
ligiosa et pia loca vtentur libere om-
nibus Iuribus saluis sibi et successoribus
suis in Regno predicto Trinacrie, seu

insula Jure patronatus secundū quod Patroni Ecclesiarū tanta instantia contendunt et in illis Ecclesijs tantū in quibus Reges Siciliæ huiusmodi Jus patronatus habuerunt semper salua circà Ecclesias Cathedrales, et alias regulares, et seculares et quascūq; personas, et loca Ecclesiastica tam in faciendis prouisionibus, q̄ alijs Romani Pontificis Jurisdictione.

De hac quoq; consuetudine testantur omnes Prelati huius Regni, vt patet ex cap.° 32.° et 34.° Regis Ferdinandi cū in condendis capitulis huius Regni interueniant omnes Prelati quorū consensus, etiā tacitus sufficit ad inducēdum Jus presentandi, vt dicunt Abb: et Doctores in c.° p.° et c.° cū terra, et c.° cū inter vniuersas de electione quos refert Guliel: de benedic: in repetitione dicti cap.li Raynutius in verbo vxorem nomine Adelasiā in 2.a Decis: n.° 373. Sicut etiā fecerunt hispaniarū

Prelati; vt legitur in c.° cū longe. 63. distinct:
et Ecclesia Gallicana, vt refert Gulielmus
de benedictis loco precitato confirmo predicta
per notabile dictum Bal: in cons.° 310. Pa-
tronus lib: 5.° vbi ad probandū Jus patronatus
considerat literas priuatas cuiusdā Abba-
tis cū presentia suorū familiariū scriptas
quibusdā nobilibus patruis suis, in quibus
per verba enunciatiua fiebat mentio de
Jure patronatus super quo litere fundaban-
tur, et ibi allegat Jura, et rationes refert
et sequitur Jo: Bapt: Ferret: cons.° 293.
n.° 7.° lib. 2.° quanto magis credendum
est capitulis Regni in quibus interueniunt
tot Ill.mi Presules, et alij Prelati Grauissi-
mi. Nec obstat ratio Abb: in d. c. querelā
quam dicit inconuincibilē Affirmans quod
Laycus non potest consuetudine acquirere spi-
ritualia, quia hoc habet locū in mere spi-
ritualibus nullo modo Laicis competenti-
bus secus est in Jure patronatus, quod
Laicis fuit cōmunicatū, et à Laicis posside-
tur secundū cōmunē opinionē à qua Iniu-
dicando, et Consulendo non est recedē-

dum, vt respondit Dec: cons.° 117. col: 3.° licet etiam dici possit cessare omnes dubitationes in Rege Siciliæ, qui non est merè laicus sed consecrationem suscipit, vt tradit Andreas in prologo Constitutionum Regni n.° 15. et q.° Rex Siciliæ vngatur tradit Iancilottus Corrad. in lib: cui titulus Templum Iudicum ascribitur lib: 1.° et 2.° de Rege §. 3. de magnitudine Regis n.° 7.° fol: 102

Nec etiam obstat quod notat Abb: in d. c. cum inter vniuersas. penultimo notabili vbi dicit q.° Papa, qui hodie prouidet Eccle-sijs Cathedralibus, et Regularibus non tenetur requirere consensum Principis in his locis in quibus erat dicta consuetudo, quia Papa prouidet Iure suo, et non Iure cap.; vt Argumento. c. 1. 2. de preben: lib. 6. et sic consuetudo in dicta contra capitulum non debet extendi ad Papam quia Consuetudo onerosa non debet extendi de loco ad locum, neq.° de persona ad personam, vt Notanter dicit Innocent: in c. fin: de offic: Archidia:

quia Illa consuetudo de qua loquitur Abb:
erat contra capitulū, Ideo nō extenditur
ad Papā, at in casu Isto consuetudo est
de presentando Sumo Pontifici, vnde non
cadit argumentatio de extensione Ideoq;
sequitur Consuetudine acquiri posse Jus pre-
sentandi: &.

Quinta Ratio est ex prescriptione ex qua
queritur Jus patronatus, et quamuis multi
tenuerint Laicū nō posse prescribere Jus
patronatus in Ecclesia, quos refert Cesar
Lambertinus in tracta: de Jure patrona:
lib. p.º art: v.º q. 10. p.e par: n.º 25. vers.º
Capio igitur primū, et Balbus in tracta:
de prescriptio: par: v.ª principali p.ª par: q. 9.
vbi testatur hanc esse receptā Doctorū
opinionē, quia Jus patronatus est quid spi-
rituale, quod à Laico possideri non
potest igitur est in mala fide per
consequens nullo tempore prescribit
maximè ad Impediendū Collationem
Sum̄ Pontificis; vt tradunt Crauett:

cons. 63. n. 6. Roland: cons. 46. n. 10. cons. 47. n. 24. lib. p. Didac: Couarr: lib: practi: quest: c. 36. n. 6. ?

Licet etiam plerique distinguant constituendo tres casus primu quando constat Ecclesiam à laicis ns fuisse constructa, nec dotata, et huc receptu est, quod Prescriptio juris presentandi non admittitur, vt tenent Balbus in d. loco Curt: in tracta de Jure patrona: in verbo Ipse, vel Ps. g. 36. par: in c. causa. n. 4. de prescript: Didac: Couarr: in l. possessor. p. 2. §. x. n. 2. Secundu econtrario, quando constat Ecclesiam fuisse constructa, a laicis, et ab eis aliquando possessa, et hoc casu admittitur prescriptio juris presentandi vt scripsit Didac: loco precit: n. 3. Tertiu quando sumus in dubio, à quo fuerit constructa, et hunc magis comunis opinio est, q. jus presentandi admittitur, vt ibidem tradit Didacus, qua distinctionem casuu dicunt esse ex mente Joannis

Andreę in c.º quòd alicui in fin: de regul: Jur: in 6. qui tamen In omnibus supradictis casibus affirmant prescribi posse hoc Jus patronatus, à Laicis, vt, Latè defendit Jacobus Menochius cons.º 9. n.º 51. et 52. lib: p.º ;

Plures alij Doctores nulla habita distinctione dictorũ Casuũ admittunt prescriptionẽ indistinctè, vt tradunt Federicus de senis cons.º 234. super p.º puncto Bal: et Butrius in c.º querelã de Elect: Felyn: in c.º causã de prescriptionibus, et Intracta: quando literę apostolicę noceant patronis col: penult: vers.º considera Ità quoq; indistinctè Joanez Andreã sequutus est Dec: in c.º cũ venerabilis. n.º 36. de except: et Cons.º 117. Col. 3.ª cons.º 124. n.º 3.º vbi testatur esse cõmunẽ, et cons.º 126. cons.º 134. cons.º 156. Roland: auall: cons.º 47. n.º 312. lib: p.º quos refert, et sequitur

— Menochius preallegato cons.° quibus addo Ale-
xandrinum in c.° hortamur col: fin: in Princ.°
dicentem hanc esse comunem, et in practi-
ca seruari Jacob: Critman: cons.° 3.° lib. 3.°
n.° 6. vbi testatur quoque esse comunem
et quod nullus sane mentis de hoc dubitat,
et istam esse comunem nouissime testa-
tur Hyppolit: Riminal: cons.° 137. n.°
22. 23. et 24. et cons.° 214. n.° 15.
lib: 2.° qui allegat Paulum de citatin: in
tracta: de Jure patrona: in 3.ª par: v.ª causa
n.° 14. dicentem quod comunis consuetudo
sequitur hanc opinionem, et quod esset ponere
os in celum, qui aliter judicaret, et quod
potest hoc jus presentandi queri prescriptio-
ne in Rege hispaniae tradiderunt Joan-
nes Lupus in tracta: de benefic: in curia va-
cantibus. §. x. quem refert, et sequitur
Didac: Couarr: in di Regul: possessor: —
in 2.ª par: relectionis. §. x.° n.° 5.° vers.°
3.° Idem jus fol: 215. ex quibus constat
veram, et magis comunem esse quod indistincte

Juspatronatus prescriptione acquiratur, et
Dato q̃ vera esset predicta distinctio Casuũ
tamen in Casu de quo agitur nõ Constat
Ecclesias nõ fuisse constructas reedifica-
tas, et in pristinã dignitatẽ redactas p̃
Reges nr̃os vnde cogimur omnino fateri
vel esse in 2°. vel 3°. c°. in quibus
citrà omnẽ controuersiã prescriptio admit-
tenda est.

Non obstat ratio quòd Juspatronatus pre-
scribi non potest, quia spirituale, quia
non est Ità spirituale, quod à Layco pos-
sideri non possit. Cũ verè possit, Nam
ex gratia, et Priuilegio posse videmus, et
de pluribus Regibus videmus, et Legimus,
et Ideo si gratia, et priuilegio conferri po-
test hec facultas Layco, vt in Ecclesia
habeat Juspatronatus ergò poterit acquiri
temporis prescriptione, quia que sunt
concessibilia, sunt prescriptibilia, vt
apud Speculat. sentit Joannes Andreas in
d. c. quòd alicui col. vltima vers.° Itẽ
constat de regu: Jur: Nec obstat q̃ tunc

demum ea, quæ sunt concessibilia dicantur præ-
scriptibilia cum adest capacitas præscribentis
vt respondet Berous cons. 21. n. 28. lib.
pro. quia Laicus est capax Juris patronatus
quia hoc admittunt Berous, et alij quos posse
allegat dum affirmant ipsi Laico acquiri
tempore Immemoriali, quod non procede-
ret si esset omnino Incapax.

Nec movere debet quod Jus patronatus præ-
scriptione acquisitum non impedit collatio-
nem Papæ, quia Jus patronatus, quod
Regi Domino meo est quæsitum præscrip-
tione est adeo validum quod non debet
derogari per Collationem Ita sentit
Covarr: lib: pract: quæst: c. 36. n. 3.
et 7. vers. 3. in hac qui scribit in Regno
Hispaniæ non admitti has derogationes
et Ita quandoque fuisse obtentum sicut
nec in Regno Galliæ recipiuntur, vt
attestatur Petr: Rebuff: in praxi
beneficiali in 3. par: Signaturæ in
verbo, nec non Jure patronatus n. 24.
Idem Rebuff: in tracta: denominationibus

q. 15.ª n.º 2.º quos nouissime refert et sequitur Ignatius Lopes de Salsedo in additionibus ad Bernardū Dias regu: 400. Juspatronatus, qui etiā refert Constitutiones Caroli quinti sumę Potentię ~~et~~ Felicitatis Imperatoris, ac Regis Sicilię, quas in Hispania edidit in āno 1525. et 1543. et alias leges Regis nostri Philippi, quas interpretatur Didac: Couarr: loco pręcitato per quas statuitur, vt nullus, à sūmo Pontifice apostolicas literas obtineat ad dignitates, vel beneficia, quę sunt Regij Jurispatronatus, aut obtentis vtatur in derogatione Consensus, et pręsentationis, quę, à, Rege Ipso postulanda est ad easdem Dignitates, vel beneficia obtinenda cuius potissima ratio esse potest, quę etiā fuit Felyn: in tracta: quando literę aplicę in V.ª ampliatione, quoniā Juspatronatus laico competens est in bonis patroni, Clemen: si plures de Jure patronatus c.º Illud, et c.º ex parte de Jure patronatus, et sicut non potest Imperator absq; Justa, et rationabili causa Jus alienū tollere l. Item verberatū ff: de reuendica: l. Lucius ff:

de Euictionibus fortiori ratione nõ debet sumus Pontifex Jus patronatus tollere, et Regem suo Jure sine causa priuare secundum Antoniũ de Butrio in c.º constitutus col. 4. de religiosis Domibus Felyn: latè in c.º ad audientiã lib: 2.º col. 4. et sequen: de rescript: ne ceteri deinceps, à, fundatione, et Dotatione Ecclesiarũ reuocentur, aut tardiores reddantur c.º cũ dilecti de Jure pr̃onatus,

Sexta principalis ratio Juris presentandi probatur ex titulo, et Priuilegio presumpto. Nam lex presumit titulũ ad esse ex cursu temporis excedentis memoriã hominũ secundũ Joannẽ Menochiũ in c.º 2.º de prebendis per tex: in c.º super quibusdã §. preterea de verborũ significatione l. hoc Jure §. ductus aquę ff. de aqua quotidiana, et estiua c.º p.º de prescript: lib. 6. in quo non est necessaria aliqua tituli allegatio secundũ Alex.m cons.º 6. lib: p.º post Hostiensẽ in d. c. super quibusdam Anchar: p.º c.º de prescriptione lib. 6. Jas: in lib: si certis anis col. fin: vers.º x.ª limita: c.º de pactis, et in specie Juris patronatus

natus, ità respondet Fidericus de Senis cons.
234. col. 3. vers. maximè hoc procedit
quem sequutus est Felyn: in c. causa col. 3.
vers. puto sustentabilem, de Scriptionibus
nec admittitur probatio in contrariũ Felyni
in c. cũ nobis col. 3. de prescriptionibus
et hęc opinio est verior, et magis cõmuniter
recepta, vt testatur Menoch: in cons. 90.
n. 67. lib. 5. vnde si laycus probet possedisse
Decimas tempore Immemoriali censetur
probatũ eas acquisiuisse ante concilium la-
teranense Abb: in c. cũ apostolica n. 12.
de his quę fiunt prelatis Imola, et
Felin: n. 4. in c. causa, quę de prescrip-
tionibus Balbus in tractatu de prescrip-
tionibus. v. par: principali quest: 7.
Didac: Covarr: lib: 5. variarũ resolutio-
num. cap. 17. n. 5. sic etiam Reges ex
consuetudine tanti temporis cuius in con-
trariũ non extat memoria possunt in
Regnis suis conferre prebendas, quia tali
consuetudo tribuere videtur Privilegium
hoc fuit dictum Bal: quod refert Alex:

cons.° 74. viso puncto diligenter col: 2.ª n.° x.°
lib: 4. quod etiam videtur tenere Afflict:
in prelud: constitut: Regni: q. 15. vers.° con-
stat ergò conclusio, qui licèt dubitet propter
incapacitatē aduertendū est eū loqui in colla-
tione prebendarū hic verò agitur de iure pre-
sentandi quod non est ità spirituale, vt
à Laico possideri non possit, et Alex: in d.
cons.° refert, et sequitur Lancilottus Cor-
rad: in lib: cui titulus est templū Judicum
lib: p.° c.° 2.° de Rege §. 3. de magnitudine
Regū, qui ad hoc allegat etiā Laudensem
in tracta: de priuileg: et rescrip: quest: 2.ª
et Antoniū Corsettū in tracta: de potesta:
Regio 2.ª par: q. xj.ª qui ponunt exempla
in Rege Franciæ, Angliæ, Vngariæ, et
Apuliæ, & Lancilottus Corrad: ponit exē-
plum in Rege Hispaniæ, quod etiā repe-
tit lib: 2.° c.° p.° de ponti: maximo §. 4.
vers.° 4.° n.° xj.° ¿

Quæ maximè procedunt antecedente fama Priui-
legij, ne propter difficultatē probandi rem tàm
antiquam pereat ius partis ità Joānes de Imola
in c.° cū oporteat de his quæ fiunt, à prelatis

Dominicus in c.° 2.° §. sanè de Decimis lib: 6. —
Felyn: in c.° causa, quę Col. p.ª de prescriptio-
ne Aufrerius in tracta: de potestate seculari
super Ecc.cis personis regu: p.ª n.° 20. et regu:
2.ª n.° 25. Guhel: de benedic: in d. c.° Rai-
nutius in verbo ad vxorē nomine Ade-
lasiā in 2.ª decis: n.° 370. in addit: Carolus
de grassalius in tracta: regaliū Francię lib:
2.° Jur: 17. Arnulf: Ruze: in tracta:
Juris Regaliū privilegio §. in fin: de qua
fama privilegij satis constat ex pluribus
bullis apostolicis in quibus legitur hęc
clausula sanè Ecclesia talis, quę de
Jure pronatus Charissimi in Chrō filij
hispaniarū Regis Catho.ci Ratione Re-
gni Sicilię cuius Ipse Philippus etiā Rex
existit ex privilegio apostolico, cui hac-
tenus non est in aliquo Derogatū fore
dignoscitur ex quibus verbis ne dum
de fama Privilegij constat, sed de ipso
privilegio, quia in antiquis Jus patronatus
probatur etiam per verba enunciativa, vt
latè probat Joannes Baptista Ferret: c.° 293

col. 2ª. lib. 2º. et in specie nostra quod Cursus temporis Immemorialis sufficiat ad acquisitionem Juris patronatus consuluerunt Deci: cons.º 17. in fin: Berous cons.º 6. n.º 9. lib. 1º. hyppolitus Riminal: cons.º 214. n.º 17. et 18. lib: 2º. Idem tradit Menochius de Arbitra: Judic: casu. 99. lib: 2º. Centur: 1ª. et maxime quando agitur de Regio Jure Patronatus, quia in talibus antiquatis Juribus deferendum est Regibus secundum Joanem Andream in addit: ad speculum tit.º de preben: Guliel: de benedict: loco preallegato.

Nec refert relatas Doctorum opiniones procedere data Capacitate possidentis secus ubi est incapax rei possesse, ut declarat Abb: in c.º quanto in 1º. notabili de Consuetudine, et plerique alij dum dicunt laycum ex consuetudine etiam immemoriali non posse beneficia conferre, quia non mediocris differentia est inter collationem beneficiorum et Jus patronatus, laicus enim est incapax Juris spiritualis, et propterea consuetudo non potest ipsum facere capacem, ut

in c. Messana, et c. sacrosant: de elect: sed
in Jure patronatus est quid temporale ratione
cuius consuetudo est efficax ad Jpsu acquiren-
du per laicos, vt in specie respondet Fide-
ricus de Senis d. cons. 234. col. 2. Lupus
in Rub: de Donationibus inter virum et
vxorem introducit n. 26. que responsio con-
firmatur ex verbis consilij Tridentini sessio:
25. c. 9. in illis verbis sunt etiam ex mul-
tiplicatis presentationibus per Antiquissimi
temporis cursu, qui hominu memoria exce-
dat, hec verba obtendunt titulum, ex
quo equiparatur titulo Dotationis, et fun-
dationis, et illa Constitutio consilij de omni-
bus Juris patronatibus etiam laicorum loqui-
tur, vt nouissime considerat Menoch.
d. cons. 90. n. 70. lib. 5. ex quibus Infero
quod ex quo Rex Dns meus habet Jus patrona-
tus ex consuetudine longissimi temporis
de cuius initio contraria memoria non
extat, ex hoc Ipse potest dicere quod
est patronus ratione fundationis, vel
constructionis, et sic ex isto Jure titulo
qui dicitur probari ex prescriptione, et diu-
turnitate tanti temporis de cuius initio

non existit memoria incontrarii, ita in indi-
viduo tradit Augustinus Berous in c. quoniam
n. 19. vers. nisi faluando de jure patronatus.

Ex quibus satis constat titulum Juris patronatus
ex supradictis sex rationibus esse probatum, quæ
tanto magis corroborant, et justificant pos-
sessionem præsentandi in qua reperitur Rex
Dominus meus pro qua defendenda no fuisset
opus illa ~~tot~~ modis roborari, quia existens
in quasi possessione Juris patronatus, Jus præ-
sentandi validè præsentat, et eius præsen-
tatio admittenda est, et institutio sequi
debet, ~~vt probat~~ tex: in c. consultatio-
nibus de jure patronatus, vbi probatur q
ad validitatem præsentationis sufficit præsen-
tantem esse in quasi possessione Juris præsen-
tandi, et ita illum textum doctores cō-
muniter sumant, et Ibi Abb: adducit rationem
quia præsentare est quidam fructus Juris patro-
natus, vt Ibi est tex: et notatur in c. cum
Bertoldus de re Judica: vnde quodamodum
fructus rei naturalis pertinent ad possessorem
ita et fructus rei incorporalis hanc conclusi-
onem sumant omnes Doctores Ibi in c. ex li-
teris de Jure patronatus. Abb: in c. querela

de electione, & plures alij, quos refert Petrus
Duenas regu: 282. in qua possessione presen-
tandi ne dui fuerunt Reges Siciliæ per
multa secula post comitem Rogerium, vt ex
tot perpetuis presentationibus & sedem apo-
stolicam admissis, quæ etiam fuit continuata
per Carolum quintum Imperatorem, et deinde
in Catholicum Regem Philippum Dnum meum,
qui per quatuor vices presentauit in Archi-
Episcopatu Panormitano, et pluribus vici-
bus in alijs Episcopatibus, quæ presentatio-
nes sine aliqua controuersia fuerunt
admissæ adeo vt non sit dubitandum manu-
tenendi debere, in eius quasi possessione
presentandi cum etiam censeatur acquisita
ex vnico actu quasi possessionis Juris pa-
tronatus, vt concludit post alios Fran-
ciscus Balbus in tractatu de prescriptione
p.a par: 2.a partis principalis n.o 5.o Abb:
in c. cum Ecclesia n.o 22. de causa pos-
sessionis, et proprietatis vbi Ripa n.o
testatur Istam esse magis
comunem opinionem. Lambez: in tracta:
Juris patronatus in 1.o q.o art.o 3. q.o principalis

p.e par: lib. 2.o Rochus de Cur: in tracta: de Jure pa-
trona: in verbo competens. q. 14. n.o 34. et 35.
Deci: cons.o 117. 124. 126. 134. Paris cons.o 25.
n.o 87. lib. p.o Crauett: cons.o 124. latissime Gram:
inter cons.a Ciuilia cons.o 62. et in dubio presumitur
talis actus no esse gratiose permissus, sed Jure
suo, et confirmandi Juris causa admissus p ea
que tradit Curt: in repet: c.o fin: in 7.o requi-
sito de Consuetudine etiam si contra disputet
Par: cons.o 114. n.o 19. 20. 21. 22. lib: p.o qui
vult vsu no prodesse nisi quis doceat de
Jure seruitutis, vel alio Jure Dominij
vsu fuisse, quod verum non est per ea que
tradit Alex: cons.o 51. in fin: lib: p.o De-
cius cons.o 56. n.o 3.o Bal: in c.o cum causa
n.o 21. de testibus Bal: in l: celsus
par: 4. q. p.a n.o 4. de vsucapion: facit
lex quedam de reuendicatione. l. 2. vbi
Bal: n.o 2.o et 3.o C. de proba: l. quoties vbi
Jas: c. de reiuendica: l. 2. C. de acqui-
rend: posses: et adeo debet attendi posses-
sio presentandi, vt preferri debeat etiam
si probaretur de vero patrono, vt tenent
Butr: et Abb: in d. c. consultationibus
Dec: cons.o 126. etiam quod possessor esset

malefidei, vt voluit Cardinal: in c.° ex literis de Jure pronatus, et in d. cons.° consultationibus Stefanus de Gaeta magnus Canonista in suo repetitione cap.i quoniam de Elect: in 6. quos refert Gram: in d. cons.° 62. n.° 8. qua possessione non debet priuari lite pendente, vt Doctores in pretiotis locis.

Nec huic possessioni, aut Juribus presentandi tot rationibus Regibus Sicilie competentibus in aliquo obest quod forte asseratur Clementem Pontificem concessisse Carolo V.° Imperatori gratiose Jus presentandi prelatos sui Regni, quoniam huiusmodi concessio, vel nihil addidit Regibus Sicilie, vel nihil ademit, et aliquid profuit. Nam cum semel Jus alicui sit acquisitum, non potest amplius acquiri l. sequitur §. Lana ff. de vsucap: l. 3. §. ex pluribus ff. de acquir: posses: §. sic Itaque institutis de actionibus, sed certe prodesse potius aliquid potest quam nocere Juri acquisito l. in bello §. si quis seruum Ibi rursus cum constitutio ff. de Captiuis, et postli-

minio reuersis, vbi tex: insignis, et id quidē
perpetuū est, et generale, vt gratię et benefi-
cia Principum nunq̄ afferant aliquā Juris
diminutionē, sed augmentū addant, et fa-
uorē ad Instar Donorū Dei, vt dicit tex:
aureus in autentico constitutio, quę de
dignitatibus. §. Illud, per quę multa con-
gerit Rudoricus xuares in l. 9. sub tit.° de
los pleitos in libello allegationū car: 596. n.°
24. cū pluribus sequentibus, quod nimirum
prouenit ex regu: quòd fauore. C. de legibus.

Nec obstat si fortè diceretur sūmos Pontifices
aliquando contulisse nulla facta mentione
Regij Juris pr̄onatus, quia Papa conferendo
simpliciter beneficiū de Jure pr̄onatus lai-
corū non videtur velle prejudicare patro-
nis maximè vbi non fit mentio specialis
de Jure patronatus laicorū, vt per lupum
alle: 96. et tradit Abb: in c. cū dilectus
in fide Jus patronatus Felyn: in tracta: qn̄do
literę apostolicę noceant patronis in prin.°
Jo: bapt: Ferrett: cons.° 293. n.° x.° lib. 2.°

tanto fortius quando beneficia sunt de Jure patronatus Regio, vt dixi supra n.° 5.° et n.° 80. nec ex dictis Collationibus sumo Pontifici fuit quesita aliqua quasi possessio, quia quasi possessio conferendi in preiudicium alterius non acquiritur nisi Ille hoc sciat, et patiatur, vt tradit Calderinus in cons.° 12.° et notatur In l. 2. C. de seruitutibus, et aqua Imo predicte collationes facte spreto pronomine sunt Ipso Jure nullae tex: est ad literam in c.° decernimus Ibi suam ordinationem irritam nouerint. 16. q. 7. Abb: in c.° Illud circa Princ: et in fin: et in c.° ex insinuatione 2. not: de Jure patronatus, et in c.° cum Bertoldus col. p.a in fin: de re Judic: Bal: notabiliter cons.° 17. factum proponitur lib: p.° Cor: cons.° 47. lib: 3. Dec: cons.° 126. nec in casu nostro constat Reges sciuisse Illas collationes simpliciter factas sed credebant bullas esse confirmatorias presentationum, vt in terminis consuluit Dec: cons.° 126. Jo: bapt: Ferrett: cons.° 293. in fin: lib: 2.° et cum Rex noster hodie sit in quasi possessione pntandi in ea debet defendi, quia in hoc Jure pntandi

vltimus status inspicitur, vt legitur, et notatur
in c.° cū de beneficio de prebendis lib: 6. Bal:
in l. si pater. C. de statu defun: Itē vltimo
possessio attenditur Curt: in tract: Jur: patr:
in ver: honorificū. q. 16. cui tit.°, et possessioni
Regū fundatis tot, et tantis rationibus Inferri
potest preiudiciū ex nouissimis Bullis Ecclesie
Panhormitane, et Ecclesie Cathinensis, si admit-
terentur cū eis apposita sit clausula eius-
modi videlicet Sanè Ecclesia Panhormita-
na, et Cathinensis ad quā Car.mo in chrō filio
nrō Philippo hyspaniarū Catho.co, qui Regni
Sicilie Rex existit Jus presentandi per-
sonā Idoneā si Illud eū habere nō repe-
riretur hac vice tantū concedimus, et
multo magis ex nouissima Clausula
in Ecclesia aggrigentina apposita
in qua additur motu proprio, et apostolica
auctoritate harū serie hac vice dūtaxat
concedimus, quia dicendo hac vice
tantū Concedimus Car.me dignoscitur, q
in futuris presentationibus Jus presentandi
non admitteretur nisi Doceatur de tit.°,
et Jure patronatus, et q de possessione pre-

sentandi in qua dns meus Rex reperitur nulla fuit habita ratio, quæ tamen quasi possessio non debet de facto controuerti; sed qui pretendit Regē titulū vel possessionem præsentandi non habere debet se dirigere per legitimos tramites, et lite pendente præsentatio debet simpliciter admitti alias remaneret priuatus quasi possessione Juris præsentandi Calder: Cons.° 14. et 15. Roccus de Cur: in tracta: Jurispatrona: in verbo accessissem. q. 18. n.° 43. ⁊

Nec Illa verba si Illud eū habere nō reperiretur, inducunt q̄ præsentatio intelligitur admissa si Illud eū habere reperiretur, quia ex verbis negatiuè conceptis nō sequitur necessario affirmatiua c. quod dicitur vbi Abb: de verbo: signific: et etiā p argumentū, à contrario sensu Gozad: Cons.° 81. quod non sumitur à verbis negatiuis secundū Bal: in l. 2.ª in fin: c.° de condit: insertis et Pedam: decis: 79. n.° 28. et dato q̄ procederet Argumentum à contrario sensu, vt dicit Deci: in l. p.ª de offo

eius Illud deberet sumi formiter quod esset in hac specie, si Illud habere non reperiretur, concedimus ergò si Illud habere Reperiretur nõ concedimus, quod nec Intentioni sumi Pontificis arridet, Clausula verò Illa motus proprij in Bulla Agrigentina adiecta exclusit prorsus presentationẽ Regis, quia motu proprio fit, vt non Intelligitur ad alterius postulationẽ, vt de se satispatet.

Vnde pro conseruatione supradicti Iurispatronatus Iustissimè fuit exequutũ, vt consulatur Regia Mtas, pro obseruatione Regiarũ pragmaticarũ, quibus disponitur prouisiones apostolicas ante earũ exequutionem pntandas Illi Proregi, vt eis recognitis p fisci patronum concedantur exequutorię: in quibus si appareret de aliquo preiudicio Regij Iurisprõnatus supersederetur in exequutorijs concedendis, Quę quidem pragmaticę, et ordinationes Iure etiã sustinentur per ea quę tradit Ioannes Dridonius, vir sacrę Theologię professione Insignis, de libertate

Christiana lib: 2. c. 2. fol: 52. vbi ait aliud esse potestatē secularē absolutè mandare aut constituere, ne quisq; pareat literis apostolicis Justitiā, aut gratiā concernētibus, aut ne exequutioni mandet easdem; aliud vero esse potestatē secularē mandare, aut constituere, vt sine Regio beneplacito, et examine, nemo pareat huiusmodi literis Nemoq; eas exequutioni mandet: p̄mum enim cū sit directè contrà potestatē, seu libertatem Ecclesiasticā, est eā prorsus tollere, et extinguere: neq; potest fieri absq; contemptu ecclesiasticę potestatis; neq; potest ex ipsius Pontificis Priuilegio conuenire Regi, aut seculari potestati: secundū autem videtur posse fieri absq; contēptu potestatis Ecclesiasticę et absq; iniuria, aut odio, aut grauamine seu preiudicio Ecclesiasticę libertatis, et sanctę sedis apostolicę vel literarū eiusdem. potest enim contingere q̄ Princeps quispiā, aut ex Priuilegio siue cōmissione Papæ hoc faciat

Sicut Carolus Imperator habuit ex priuilegio
Sinodine sine suo consensu inuestitura, vel
consecraretur Episcopus, aut ex causa ratio=
nabili secundū congruentiā loci, et tēporis
ad sic statuendū, atq; mandandū mouea=
tur propter abusus tollendos ne preficiantur
extranei, aut in Idonei, quiuè p nimiam
importunitatē, falsasq; suggestiones literas
apostolicas impetrauerunt, vel impetratis
abuti volunt ad oppressionē pauperum
qui alioqui sub pretextu literarū aposto=
licarum longis litibus, grauibusq; supti=
bus vexari possent, nō quod potestas
secularis velit sibi, aut Judiciū Eccle=
siasticarū Rerū vsurpare, aut viros
Idoneos auctoritate apostolica institu=
tos impedire, aut super illorum Idonei=
tate Judiciū sumere, sed quod velit
ad edificationē reipublicę statū Eccle=
siasticū promouere, vnde quotidie cerni=
mus prelatos, et alios disputare de man=
datis de rescriptis, ne literis Papæ, quę
tangunt Ecclesiastica negotia, collatio=
nes beneficiorę prebendarū, et dignitatum
de omnibus

de omnibus literis, et mandatis Papæ presu-
mendum quidem est quod eis oporteat obedire
modo constet, aut constare debeat tales
re vera esse literas à sede apostolica
emanatas subsistentibus etiam rationibus
et causis quibus ipse Papa verisimiliter
motus inductus est ad precipiendum, et ideo
non debet ista presumptio tam violenta
esse, ut non liceat huiusmodi mandata
etiam verissime emanata à sancta
sede apostolica examinare et inve-
stigare sollicitè an eis oporteat obedire
hæc Dried: ad verbum quem etiam referunt
et sequuntur Didac: Couarr: lib: pract:
quest: cap: 35. qui corrupte eum ~~allt~~ lib: 1°
de liber: Christiana fol: 183. et Petrus
Follerius in Constit: c° post mundi Machinam
n° 103. qui testantur, hoc etiam seruari in
Regno hyspaniæ, Franciæ, Flandriæ,
atque alibi apud Christianos. Et in specie
non esse admittendas prouisiones in deroga-
tionem Regij Juris Patronatus tradit Di-
dac: Couarr: d. lib: pract: quest: cap:
36. n° 3° et 7°. et plerique alij, quos re-
tuli sup.a in c° de prescriptione; Nec vero
quisque existimet quicquam in proprietis fieri,

quod, vel minimũ quidem Deroget summi Pontificis potestati absit enim, à, Catho^co Rege nostro hoc, eiusq; Ext^mo Prorege, ac Regijs consiliarijs, qui sacro sanctę Romanę Ecclesię sũmiq; totius Christiani Orbis Pontificis Gregorij. xiij. Decreta, et mandata venerantur, et obseruant, quandoq; tamen differtur literarũ apostolicarũ exequutio aliqua rationabili causa pro regia auctoritate, vt maximus Christi Vicarius interim Certior fiat, et Instructior, quòd Pontificia, et Cęsarũ responsa passim permittunt. c.° 51. si quando de rescript: Glos: in Auten: de mandatis Principũ. §. deinde competens, quod tradunt q̃ plurimi, quos latissimè Congerit Couarr: d. lib: pract: quęst: c.° 35. Col. fin:

Ex quibus omnibus satis manifestissimè Constat Jus presentandi legitimè fundari, eiusq; quasi possessionẽ satis probari ad obtinendũ tàm in petitorio q̃ In possessorio.

Hæc sunt Prorex Exc^me, quę pro exiguitẽ

poris Curriculo mihi concesso inter Continuas occupationes causarũ Patrimonialiũ potui conscribere, qua in Re cũ certo Sciã non potuisse Rei magnitudini satisfacere obnixe ~~etiã~~ Exctiã vrãm oro, atq; obsecro, vt potius animi votũ atq; effectũ q̃ effectum suscipiat, nec quemadmodũ scripserĩ, sed quemadmodũ scribere desiderauerim, considerans solito fauore, et ingenuo Candore animi sui prosequatur, licet enim ad sũmum nõ perduxerim rem, vt in votis esset tamen aliquid contulisse sum contentus Dũ Initiũ feci, atq; alijs occasionẽ maiora, et subtiliora inueniendi prestiterim.] Hę fuerunt allegationes Hispanię transmissę quibus addo pro complemento huius Juris patronatus

Regem quoq; habent Jus patronatus Episcopatus Meliuetani, prout ante concessionẽ dictę Insulę Reges habebant expsse: etenim in Priuilegio Infeudationis adest capitulũ in his verbis, quod Jus patronatus Episcopatus meliuetani remaneret, prout est dispositioni, et psentationi

nostre, et successorū nostrorū Regni predicti
Sicilie. Ita tamen q post obitū R.di et
dicti dilecti consiliarij nostri Baldassaris
de Malchrik Imperialis Vicecancellarij ad ipsā
Ecclesiā nouissime per nos presentati, Ita
in quemcūq casū aliū vacationis de Inceps
sequuturū dictus magnus magister, et conuen-
tus dicti ordinis habeant nominare Viceregi
Regni prefati Sicilie tres personas eiusdem
ordinis, quarū vna saltim sit, et esse debeat
ex subditis nostris nostrorū, ac in dicto Re-
gno successorū Idoneas, et sufficientes ad ipsā
pastoralem dignitatē exercendā, ex quibus
tribus sic nominandis nos nostriq successo-
res In Regno predicto presentamus, et pre-
sentent, ac presentare debeamus, et
debeant ad dictū Episcopatū eū, quē
Idoneū Iudicauerimus, aut Iudicauerint, Cuiq
de presentato sic ad dictum Episcopatū pro-
moto teneatur magister predictus magnā
Crucem concedere, eūq ad Consiliū dicti
ordinis cū Prioribus, et Baulijs admittere
quod Capitulū per magnū magistrū, aliosq

de consilio Religionis sancti Joannis Hie-
rosolimitani in generali capitulo ad li-
teram stabilitum, et Instatutum perpetuum
redactum fuit ex Inde anno 1530. cum Inserto
tenore de verbo ad verbum, à, Clemente
vij.° Pontifice maximo ex certa scientia
ac de apostolicę potestatis plenitudine
confirmatum, ac approbatum, quę confirmatio
cum non sit in forma comuni, sed ex certa
scientia, et de plenitudine potestatis non
solum dat robur actui confirmato, sed
etiam Illud confirmat, auget, et extendit
Alex: cons.° 120. lib. 4. Ruyn: cons.° 97. lib.
3.° Jas: in l. more maiorum n.° 42. ff. de Ju-
risdic: omni: Jud: Anto: Gabriel lib: 6.
conclus: Ju: de clausulis conclu: p.ª n.° 36.
et operatur supra confirmatum, vt probat
Matteus Vuesembecius cons.° 4. in fin: et
dicitur noua datio, ac nouum pactum
inducere, vt per Bar: et alios in l. et
quia ff. de Jur: omn: Jud: Imol: in c.° in-
ter dilectos de fide Instrum: Deci: in Rub:

de conf: util: vel inutil: n.° 3. cons.° 341.
n.° 2.° Rolan: à valle cons.° p.° n.° 57. et 58.
lib: 3.° vbi latissimè et pulchris rationibus
comprobat, et cons.° 100. n.° 50. cũ pluribus
sequentib: lib: 4. vbi etiã asserit talẽ
confirmationẽ non esse informa cõmuni,
sed Jus de nouo tribuere, et gestis nõ sub-
sistentibus tribuere originẽ, et ea in esse
producere si nulla per prius fuissent, præser-
tim cũ sumus ipse Pontifex potuisset in-
feudationẽ cũ dicta reseruatione Juris pa-
tronatus impedire, Et propterea vide-
tur de nouo Jus patronatus concessisse Bar:
in l. more ff. de Jurisdic: omni: Jud: Bal:
in l. ex verbis. C. de Donat: inter
virũ, et uxor: Castien: in l. si quando
delega: p.° Dec: in l. 1. n.° 3.° c.° quando
non peten: Par: et Jo: Cefal: cons.° 463.
in fin: lib: 4. hinc statuta, à, Pontifice
confirmata dicuntur Papalia Jo: Crotus
cons.° 35. n.° 47. lib: p.° post Bal: in l.

ex placito n°. 6. et 7.° C. de rerum permut.

Pro conservatione, ac protectione dicti Regij Juris patronatus plerique Reges Siciliæ statuerunt prælatos non esse admittendos sine Regio assensu. Inter quos Martinus Joannes, Alfonsus et Ferdinandus ordinationes, ac pragmaticas ediderunt. Martinus etenim in Capitulis Regni dimissis Reginæ Blancæ mandavit, quod si vacaret aliqua Ecclesia Cathedralis nullus recipiatur in prælatum sine expresso Regio mandato, et si aliqua bulla presentaretur contra detinentes Beneficia ex gratia Regia nulla novitas fieret absque scientia Regis possunt etenim exequutoriæ denegari quando collatio facta tendit in prejudicium Regij Juris patro: vt per Guid: Pap: decis: 374. et Joan: Thom: de Minadois in Const: Regni in aliquibus. n°. 12. Joanes etiam Rex edidit pragmatica, quam Alfonsus confirmavit in his verbis. Alfonsus

Alfonsus Dei gratia Rex Aragonum, et Sicilię Ducatuuq; Athenarū, et Neopatrię Dux etc. Vicereges in dicto Regno Sicilię, nobilibus et Egregijs Viris magistro Justitiario Regni Sicilię locutenenti; et Judicibus magnę Curię Straticoto, Prętori, Patritijs, Senatori, Capitaneis, Judicibus, Juratis, et Baiulis quarumuis Ciuitatū Terrarū, et locorū Regni huiusmodi Sicilię, ac locatenentibus eorundem, et demū vniuersis, et singulis officialibus per Regnū, idest vbilibet statutis ad quos presentes peruenerint, et subscripta quomodocūq; spectabunt Regijs Consiliarijs, atq; fidelibus salutē Recippimo nouamēte dallo Ser.mo, et Ill.mo nrō sig.re Rè antedetto la pragmatica, et prouisione subscripta. Alfonsus Dei gratia Rex Aragonum Sicilię Valentię, Maioricarū, Sardinię, et Corsicę, Comes Barchinonę, Dux Athenarū, et Neopatrię, ac Comes Rossilionis, et Ceritanię Dilectis, et fidelibus vniuersis,

et singulis Gubernatoribus Justitijs, Juratis etc.
Per querela, et relatione d'alcuni nostri
sudditi hauemo inteso che contra la conti-
nentia, et Intentione d'vna prammatica
santione fatta olim per lo ser.mo sig.re
Re Don Gioanni nostro proauo de felice
memoria della forma seguente Joannes
Dei gratia Rex Aragonū, Valentiæ Ma-
ioricarū dilectis, et fidelibus vniuersis,
et singulis Gubernatoribus, Justitijs, Baiulis,
Calmedinis, Suprauentarijs, et quibuscūq;
alijs officialibus nostris presentibus, et fu-
turis, ac locatenentibus eorūdem, ac alijs,
ad quos presentes peruenerint, et Infra-
scripta pertineant quouismodo salutem,
et Dilectionē: Inteso per lo tempo passato
che Chiriche estranie, quasi Indifferente
mente erano admesse à beneficij Eccle-
siastichi delli nostri Regni, et terre
per l'ammissione delli quali alli nostri
Regni, et terre, et alli nostri naturali

et sudditi dani grandi ne seguiano ad ouuiare
à tali danni, et per vtilitate, et profitto delli
detti nostri sudditi, et naturali ordinamo vo-
lemo, et prohibemo sotto certe et graui pene,
ch'estranei di qualunche età, conditione pre-
eminentia, dignità, et stato fossero anchora
che sblendessiro di dignità di Cardinalato,
ò, d'altra quale se sia nõ fossiro de cetero admessi
ad alcuni beneficij Ecclesiastici delli nri
Regni, et terre di qualsiuoglia authorità
fossiro prouisti hora hauemo inteso che dal tem-
po del nrõ Regale Regimento icqua molti
estranei foro admessi ad beneficij Ecclesia-
stici delli nostri Regni, et terre, et al-
cuni accioche siano admessi insisteno ogni
giorno, et infestano li nostri naturali
alliquali tali beneficij Ecclesiastici
delli nostri Regni, et terre, è stato
prouisto in la Corte Romana ottenendo
d'essere citati contra liquali diuerse
sententie in lo palazzo papale: onde
li nostri naturali litigando sù vesciati
d'insupportabili spese, massimamẽte perle

varie, et diuerse reseruationi della seggia
apostolica fatte saltim dal tempo di
trè, ò, dui Romani Pontifici Izza, et
etiam per li molti estrauaganti, et
regole della Cancellaria di Corte
Romana fatte lequali nõ fù in corpo
di Ragione, per lequali cose l'Impera-
tori delli beneficij come Ignoranti di
tali estrauaganti, et Regole s'inuol-
ueno in letigij, et anchora che l'estranei
sapendo (noi prohibendo com'è detto) essi di-
rettamente) nõ potere ottenere Ecclesia-
stici beneficij in li nostri Regni, et terre
. . . . . li santuarij di Deo contrattare
com'heredità profana, et propria sottilmẽte
— Imo pernitiose dicono, et asseriscono tali
beneficij alloro collati, et dati alli nostri
naturali resignati sotto tituli d'annuali
pensioni, ò, concordare con li nostri natu-
rali sotto titolo di permutatione accio-
che dell'altre cose nõ da dire per honestà.

tacemo con praui, et execrandi cõmertij, et
baratti, liquali sãno, et toccano prauitate
simoniaca; lequali si fãno in li tempi d'hoggi
delli beneficij consistenti allo nostro Domi-
nio in contẽptu, et fraude della nostra sana
volontà, per la qual cosa volendo noi pro-
uedere tanto allo stato prospero dell'Eccle-
sie delli nr̃i Regni, et terre, quanto etiã
alla indẽnità delli nostri naturali, et oc-
corre à tanti mali, liquali si se dissimu-
lassero aggiungeriano, à questo male altri
più grauosi pulsati etiã, et mossi adunque
noi di feruenti, ac grandi, et spesse instatie
dell'insigne Città, et terre delli nr̃i Regni
per tenore della presente hauuto primo su-
per his maturo, et digesto conseglio ordiniamo,
volemo, et etiã prohibimo de certa scientia
et espressamẽte, ch'estranei di qualsiuoglia
dignità stato, et conditione siano ancor
che siano fulgenti di dignità di Cardi-
nalato ad alcuni beneficij Ecclesia-
stici del nostro Dominio de cetero non

siano admessi; anzi comandiamo essere con-
strette tutte persone admesse in beneficij
Ecclesiastici così estranei come nostri
naturali; liquali sì stati provisti per an-
tedati di beneficij dal tempo del nro
Regale Regimento in qua, requirendo
et admonendo communiter, et diuisim per
tenore delle presenti sotto debito di na-
turalità alla quale ne sì astretti, à
tutti, et ciascuni Arcuescoui, Vescoui,
Abbati Priori, et altri prelati, Capitoli di
Cathedrali, et Collegiate Ecclesie, et tutte
altre persone Ecclesiastiche del nostro do-
minio, alle quali appartiene, che la
ordinatione, volontà, et prohibitione
nra presente tengano firmamente, et
osseruino, et facciano esser tenuta, et
osseruata in concussamente, et non contrauen-
gano, ne permittano ad altro contrauenire
per alcuna ragione, et si per auuentura
per qualsiuoglia modo hauerano admesso dal
tempo, che presemo lo detto Regimento

icqua alcuno, ò, alcuni estranei adalcuno, ò,
~~et~~ alcuni beneficij Ecclesiastici di nr̃i Regni,
et Terre, eccettuato che da noi nõ habbiano
ottenuta licentia speciale, per virtù della
quale habbiano hauuta la pacifica possessio-
ne delli detti beneficij, laquale licentia
quanto alli beneficij, delliquali nõ habbia-
no hauuto ancora la possessione pacifica
per tenore della presente reuocamo quello,
ò, quelli ancora nr̃i naturali in ragione
dell'estranei per qualunqua manera
succedente di qualsiuoglia dignità preemi-
nentia, et conditione si expellano, et cac-
ciano quelli tali dalla possessione delli
detti beneficij così come noi l'expelli-
mo con la presente excepto solamente
lo R.do in Christo padre Giouanni per
diuina miseratione Cardinale Viuariense
promotore delli nostri negocij in la Corte
Romana tanto alli beneficij, che tiene
in li detti Regni, et Terre quanto alle
pensionali, quali per ragione delli bene-

ficij riceuuti in li detti nr̃i Regni, et ancora
quanto, à nr̃a licentia sopradetta per noi
à, si concessa, ac etiã quanto alle Cose
sopra, et infrascritte riducendo tutte nr̃e
naturali prouiste di tali beneficij in lo
possessione delli beneficij p̃ fati si alcuni
ne saranno, et redutti defendendoli, et
permittendo, ac faciendo essi percipere
et hauere li frutti, rendite, prouenti, et
ragione delli detti beneficij, et quando
ad alcuni nostri naturali prouisto nõ
ne sia, conuertano li frutti, rendite,
prouenti, et ragioni delli detti beneficij,
et ornamenti dell'Ecclesie come conosce-
ranno essere espediente dedutti tamen
li seruitij, et Carichi delli detti benefi-
cij, et questo fino intanto che delli detti
beneficij sarà prouisto ad alcuno, ò, alcuni
nostri naturali inhibimo niente dimeno
à, tutti nr̃i naturali ch'otteneno beneficij
Ecclesiastici, à pensione che nõ presumano
respondere di tali pensioni ad alcuno

estraneo etiam inhibimo, à tutti, et singuli
nri naturali tanto clerici, quanto laici,
che non accettano procuratione d'alcuni
estranei di qualsiuoglia stato, ò conditione
à prosequire gratie, et beneficij Ecclesiastici
delli detti nri Regni, et terre fatti ad
essi, ò, da fare in futurũ, ò, di riceuere la
possessione, ò, à cogliere li frutti, rendite,
et ragioni, delli detti beneficij, et delle
procure accettate non vsino più comandan-
do mente dimeno à voi officiali antedetti
et à ciascuno di voi de certa scientia, et
expressamente sotto incurso di nra Ira,
et Indignatione di priuatione di vri officij
ancora pena di mille morabbatine d'auro
delli beni di ciascuno di voi, che à qsto
nostro comandamento non obedirà, quante
volte hauerete ricusato vbidirlo
in remissibilmente d'hauere, et d'appli-
care al nro Erario, che la ordinatione,
voluntà, et prohibitione nostre presenti,
lequali per euidente vtilità della cosa
publica

publica delli nostri Regni et terre, dispo-
nimo, et volemo essere in concusse servate,
ac etiá fatte, et ciascune cose predette, et in-
frascritte, et ciascuna di loro debbiate tenere
et firmamente osservare, et detenere, et osser-
vare le dette cose state tenute, giurate et
fare giuramento in principio del Regi-
mento di vró officio in potere di quello
d'innanti loquale havete á tenere la
tavola et sindicato, et queste cose fac-
ciate da ogni huomo fiviolabilmente
essere osservate, et questa ordinatione
volunta, et prohibitione nostra facci-
te intimare per nostri nuncij havere
á quelli Prelati et persone Ecclesia-
stiche, lequali vi parrá essere espe-
diente, ó, dallequali havete requesti,
et le presenti lettere, la Relatione
delli detti nuncij, et quelli á cui sará-
no stati presentati facciate registrare

in vre Corti, et si alcuni Prelati, ò per-
sone Ecclesiastiche, ò altre contra questa
ordinatione, volontà, ò prohibitione
haueranno fatto, ò accettato, ò per in-
nanti faranno, ò accettiranno, ò alcuni
estranei alli detti beneficij di nostri
Regni, et terre haueranno admesso, ò admet-
tiranno, ò fossero admessi, ò saranno ad-
messi, haueranno dato, ò daranno ayuto,
conseglio, et fauore, la temporalità di quelli
di qualunque stato religione, ò conditione
siano prenduti in continenti, à vre mani,
et quella in nulla manera ci restituite
senza speciale comandamento, et finche
à quelli, che però haueranno incorso danno
sia plenarie satisfatto sopra dello valore
delli quali, à quelli che haueranno riceuuto
li dani volemo essere per proprio giuramento
creduto mentidimeno li nostri nemici, et
à noi sospetti per voce precoma, et di Bando
facciate publicare, et quelli tali infrà ter-

mino di quindeci giorni, poi della publicatione
~~della~~ presente computandi da tutto lo no-
stro Dominio, per li soliti rimedij debbiate
cacciare, et qualsiuoglia estranei, et ancora
li nostri naturali succedenti alli detti estra-
nei, ò, per nome loro sopra queste cose quomo-
docũq; interuenienti, si alcuni sopra li detti
beneficij alcuno naturale nostro dal detto
tempo, che riceuemo li Regali Regimenti
icqua hauerãno molestato, ò, Innanti pre-
sumerãno molestare, si quelli entro la
giuriditione, à voi cõmessa trouerete
li prendirete incontinenti di lo prendere
delli quali, et di loro nomi, et cognomi
et di chi natione siano incontinenti ne
debbiate certificare altramente li detti
estranei debbiano richiedere esser presi
per quelli sotto la giuriditione delli
quali sarãno trouati, et presi esser
detinuti finche per noi sarà ordenato,
che si debbia fare d'essi, et si essi rique-
sti hauerãno ricosato fare questo contra

essi, et loro sudditi per via di reprisagli, ò
di Marca, et per debiti, et assueti rimedij
procedati, et che si tali estranei annãti la
riseruatione di questa nostra ordinatione,
voluntà, et prohibitione beneficiati S.
in li detti nostri Regni, et terre accetterãno
delle loro spese però fatte, et dãni suste-
nuti debbiate riceuere in vre mani, et
quello debbiate dire incontinenti alli
Prelati delle dette Ecclesie, liquali
Prelati quello, che superchiara deb-
biano conuertire in recuperatione
et ornamento delle dette chiesie come
à loro meglio pare, sopra lequali spe-
se, et dãni li detti litiganti siano
creduti per loro solo giuramento, et
niente di meno tutti notari, liquali
di presentatione di Bulle apostolice,
ò, processi per le dette Bulle, ò, di citatio-
ni Inhibitioni, ò, altre ragioni d'estranei
ò, sopra altri atti hauerãno riceuuto, ò, fat-
to, ò, riceuerãno, ò, per Innanti faranno

alcuni Instrumenti per captione di loro perso-
ne interdittione d'auctorità di loro officij
Exilio, et expulsione dal nostro Dominio
secondo vrō arbitrio debbiate punire, et
ancora tutte persone prestanti pensione
delli detti beneficij, ò accettanti procura
d'alcuni estranei, et vsanti già l'accet-
tate procure, et tutte altre alli detti
estranei sopra le cose predette danti aju-
to, conseglio, et fauore per exilio, et
expulsione dal nrō Dominio come vi par-
ra riggidamente debbiate punire. Pre-
terea inhibimo espressamēte alli
nostri naturali, et sudditi, che si
alcuni d'essi saranno stati citati forsi
ad Instantia dell'estranei sopra li detti
beneficij in la Romana Corte, ò siano
citati in posterū nō ausano exire lo
nostro Dominio, ò propterea comparire
in la Romana Corte ne mandarci procura-
tori si la nostra ira, et indignatione

desiano Euitare, et accio che no sia dissipa-
to sopra le cose premisse cui sù naturali
et cui estranei, à tutti, et Ciaschuni di qual-
siuoglia natione siano quanto ad ottenere
beneficij Ecclesiastici in li detti nostri
Regni, et Terre quelli, che nati no sarán-
no stati entro nostro Dominio, ò, nó siano
nostri veri domestici, et Continui Com-
mensali alla nostra Cappella continua-
mente seruendo, ò, quelli che perso-
nalmente, et continua residentia
Dudici anni continui no hauerano fatto
entro lo nostro Dominio tenendoci
casa propria declaramo per la presente
essere estranei Dat. Valentie xv.a
Die decembris ano, à, natiuitate Dni
Anno 1392. 1392. vidit Sperandeo Cardona, Rex
Joannes. Et In nostro dispendio, et dá-
no manifesto, et pregiudicio delli nostri
sudditi molti estranei sifforzano otte-
nere beneficij, et altre cose in li nostri

Regni, et terre interdetti, et vetati in la
detta prámatica per la qual cosa essendone
supplicato humilmente sopra queste cose
— le quali concernino la utilità delli detti no-
stri Regni, et terre per noi essere debite
provisto, à voi tutti, et à ciascheduno
di voi dicemo, et comandamo de certa sci-
entia, et expressamente, che la prámati-
ca sopradetta debbiate tenere, et effettu-
almente osseruare, et eseguirla, et com-
plirla, et facciatila esser tenuta, et
osseruata inuiolabilmente per ciasche-
duno, et acciò che alcuno sopra le predette
cose non possa allegare ignoranza —
per li luochi soliti delle Giurisditioni
à voi commessi facciate per publico —
Bando con trombe sonanti publicamete
annunciare, certificandoui, che si
altramente hauerete fatto, ciò che
non credimo procederiamo contra voi, et
vostri beni riggidamente, et potenter

Datæ Fragæ sub nostro sigillo cōmuni xvj.ª
Die Decembris año à Natiuitate Domini
1418. Rex Alfonsus, et essendoni cōman-
dato con Istantia lo detto nrō S.re Rè,
che la detta prāmatica, et le cose in essa
contenti facciamo essequire, et mettere ad
effetto, à voi tutti officiali sopradetti, et
à ciascuno di voi Regia auctoritate qua
plenè fungimur in hoc Regno dicemo, et cō-
mandamo sotto le pene sopra destinti, che
la detta prāmatica, et tutte le cose in essa
contenti debbiate osseruare, et fare in-
uiolabiliter osseruari per ciascheduno, et
ne per caso alcuno possa allegare Ignoranza
delle cose sopra expresse la detta prāma-
tica debbiate fare publicare per li
luoghi assueti delle Giuriditioni, à voi
cōmesse per bando publico con trombe
sonanti com'è, sudetto Datæ Cathaniæ
xxiij.º mensis Martij xij.ᵉ Indis sub año
1418. Incarnationis M. CCCC. XVIIJ. An-
tonius de Cardona
Ex copia conseruata pœnes Thesaurum

Nobilis Ciuitatis Messanæ extracta est solito ciuitatis eiusdem sigillo in pede Munita Messanæ XXIIº Decebris XIIIIᵉ Indᵗˢ 1555. Collatione salua. Marius Procopius Secretarius et pro mᵗᵒ Notario statuit etiã Rex Ferdinandus, vt nemo audeat Beneficia Ecclesiastica, vel Dignitates quæ de Regio sunt patronatu à sũmo Pontifice sibi Impetrare, aut possessionẽ Illorum apprehendere absq; Regio assensu, vel præsentatione in his verbis.

Ferdinandus et c.

Vicerex et c. Illis spectabilibus magᵗⁱˢ et nobilibus eiusdem Regni officialibus, et c. fuit nobis exhibita, et reuerenter præsentata quædã Regia prouisio omni qua decet sollẽnitate expedita tenoris sequentis, Nos Ferdinandus Dei gratia Rex Aragonũ Sicilie citrà et vltrà Farũ Hierusalem et c. Comperimus nuper relatu non nullorũ fidedignorũ officialiũ nostrorũ in dicto nostro Siciliæ vltrà Farũ Regno, ac etiã mouente experien-

tia, non nulla nobis, et regalijs nostris in ipso
Regno fieri, et generari, preiudicia enutriri,
lites, et Iurgia ex quo nō nullæ personæ irā
et Indignationē nostrā parū timentes pre-
latias pontificiales, et alias dignitates, Ab-
batias, Canonicatus, et prebendas, aliaq;
beneficia Ecclesiastica de nostro Iure pa-
tronatus existentia, tàm apud Romanā
Curiā, q̄ apud ordinarios Diocesanos dicti
Regni post posita presentatione, et disposi-
tione nostra minimè verenter Impetrare
et de Illis sibi facere prouideri, vnde
volentes nos tàm magno Interesse Curiæ
(vt decet) consulere et prouidere habi-
ta super his Sacri consilij nostri matura
deliberatione tenore presentis pragmaticæ
sanctionis Cunctis futuris temporibus
valiture, Statuimus, Sancimus, et
etiā ordinamus, q̄ post hac dictarū di-
gnitatū, Prelatiarū, Abbatiarū, Canonica-
tuum, prebendarū, aliorūq; beneficiorum
Ecclesiasticorū de Iure patronatus nostri

existentiũ in dicto Siciliæ Regno vacantiũ
nemo cuiusuis status, gradus, ordinis, aut cõ-
dictionis fuerit, aliquã, siue aliquod impe-
trare, seu de Illa, vel Illis presumat
sibi facere prouideri, aut possessionem
aliquã Illorũ petere apprehendere, vel
occupare nostro neglicto assensu, et nõ
obtenta presentatione, prouisione, seu alia
debita, et solita dispositione nostra, quod
si fortè nostrã huiusmodi pragmaticam
sanctionẽ, statutũ, siue ordinationem
transgressi fuerint fregerint seu viola-
uerint pœnã quoquomodo in habilitatio-
nis ad Illa obtinendum, et etiã amissio-
nis cuiuscũq; Iuris si quod ad Illa compe-
teret impetrantibus, seu Illis se Immi-
scentibus, Nec non Exilij perpetui, à dicto
Regno incurrant, seu Incurrat, quarum
vtranq; Illos, et eorũ quemlibet ex nũc
prout ex tunc, et econuersò irremisibili-
ter incurrisse volumus Decernimus, et de-
claramus abdicantes, à, vobis in quantum

possumus, et nobis licet omnes secus agendi ipsamq; pœnā tollendi, relaxandi, et remittendi tàm ordinariā, q; supremā potestatē cū decreto nullitatis, quo circa spectabili magcis Consiliarijs, Viceregi, aut Presidenti in dicto Regno nostro alijsq; vniuersis et singulis officialibus nostris, et eorū locu tenentibus in dicto Regno Constitutis, et constituendis presentibus, et futuris, ad ire et indignationis nostre incursū pœneq; amissionis officiorū, nec non vntiarū mille nostris inferendarū Erarijs dicimus, precipimus, et mandamus, vt nostrā huiusmodi pragmaticā, sanctionē, statutū, et ordinationem, omniaq; et singula supradicta ad vngue tenentes, et firmiter obseruantes, teneriq;, et obseruari a bomnibus facientes dictus spectabilis Vicerex, aut Presidens in dicto Regno nemini predictorū de Ipsis beneficijs, aut dignitatibus prouisorum, preterq; nostro assensu, presentatione, aut alia dispositione preeunte

aliquas executorias literas eis, et eorũ cuilibet
concedant, alij verò officiales prędicti illas
minimè approbent, subsignent, vel admit-
tant, et vbi nos consuluerint primitus su-
per his, et super tertia consultatione man-
datum nostrũ habuerint de admittendis
prouisionibus apostolicis, vel alijs de dictis
dignitatibus, seu beneficijs impetratis cum
expressa tàm huiusmodi nostræ pragmaticę
sanctionis derogatione, et non aliter cauen-
tes à contrario quacũq; ratione, siue causa
pro quanto gratiã nostrã cara habent pe-
namq; preapposita cupiunt euitare, et vt
de prędictis nulla possit ab inde ignoran-
tia allegari, siue prętendi presentẽ no-
stram pragmaticã, et prouisionẽ mandamus
voce pręconia per loca solita Ciuitatum, et
terrarũ dicti Regni vbi expediat
publicari, et nunciari in cuius rei testi-
moniũ presentes fieri iussimus nostro cõ-
muni negotiorũ Sicilię vltrà Farum

Sigillo, à, Tergò munitas Datas in Castello
Nouo Ciuitatis Neapolis Die xj.° mensis
Januarij x.e Jnds anno, à, Natiuitate Do-
mini 1507. Jo El Rey. Dns Rex man-
dauit mihi Joanni Roys de Calcena Viss
per Thesaurariũ generalẽ, et pro Conser-
uatore Siciliẽ, Et Volentes Nos re-
gijs, vt tenemur parere mandatis pro-
uidimus, et Jtà harũ serie vobis Dicimus
et mandamus expressè quatenus pre-
insertã Regiã prouisionẽ omniaq̃, et
singula Jn ea contenta ad vnguem Juxtà
eius seriẽ, continentiã, et Tenorem
pleniorẽ exequamini compleatis, et
obseruetis, ac exequi compleri, et ob-
seruari per quos deceat faciatis,
nec secus agatis ratione ali-
qua, siue causa, pro quanto gra-
tiã Regiam Caram habetis et pœ-
nã preappositã in preinserta Regia

prouisione cupitis euitare Dat. Panhormi
Die v.° Maij x.e Ind.s 1507.

Don Ramon de Cardona

Compendiū Preeminentiarū Ecclesiasticarū Catholici Regis Philippi in Regno Siciliæ.

Ad Illmum et Exmum Dnum Marcū Antoniū Colūnam Ducem Paleani, et Tagliacocij Viceregem, et Capitaneū Generalem in dicto Regno.

Ab Antonino Xibecca Regio Consiliario, et fisci Patrono Confectum.

Illme et Exme Dne

Dedit mihi in mandatis Exctia vra, ut ex libello preeminentiarū Ecclesiasticarū, quas habet Rex in Regno Trinacriæ quem mandato Exctiæ vræ conscribo in breue compendiū absq; Juriū allegationibus Celeritatis causa rediga Capita Ipsarū preeminentiarū. post libellū ipsum maturo, ac Justo tempore expedirem Parens mandatis Exctiæ vræ ea in hec subiecta Capita subieci, quæ video apparitura nuda, et Imbecilla, (nempe quia suis Juribus et allegationibus nō sunt cōmunita:) sed quoniā Exctia vra Ita jussit ad vnguē exequutus sum, hac prefatione

apud lecturos vtens, quod proximè libellum ipsũ expediã, quo ipsa capita stabilio et Juribus ac rationibus vallata appa-rebunt.

1. Prima Preeminentia Regis in Regno Siciliæ est Monarchia: sic ab omnibus appellata significans preeminentiã Regis quòd sit in Rebus Ecclesiasticis legatus natus sanctæ Sedis Apostolicæ: Id quod Emanauit ex bulla Vrbani secundi.

Natũ verò dicimus, quia eo ipso, quo nascitur Rex Siciliæ successor Comitis Rogerij cũ hac nascitur preeminentia legati Sedis Apostolicæ, cui competunt Jura, quæ inferius dicentur, Mos tamen, et Consuetudo à tempore quo nõ extat memoria in contrariũ, vocat hanc preeminentiã Monarchiã, et eũ, qui eã tenet Monarcham eo q̃ sit solus in Regno Princeps, qui cognoscit de causis spũalibus, et temporalibus, licet in spiritualibus causis hanc potestatẽ dependere à Summo Pontifice, eũq; superiorem recogno-

scere, nec se eximere ab auctoritate clauium Beati Petri, et suorum successorum nemo vnquam dubitauerit; tamet si hoc nomen in spiritualibus proprie spectet ad summum Pontificem, qui tenet mundi Monarchiam et vti supremus omnium habet omnimodam potestatem tam super homines et Ecclesias quam supra consilium generale et in terris non habet superiorem, est quam summus Christi Vicarius habet quam Iurisdictionem à Christo immediate datam et receptam sed nomina interdum apponi non ex propria natura, sed ex vsu, consuetudine vel similitudine Iuris peritos, et eruditos non latet. Consuetudo enim loquendi potest significationem vocabulorum immutare, et nouam dare, quam Consuetudinem insequendo cum Monarchiam aliquando dicam delegato nato intelligam.

Huius Monarchiae origo à Rogerio Normando initium sumpsit, qui siciliam à Duro tiramnidis maurorum Iugo annis ferè tricentis oppressam vendicauit, et in christianam ditionem redegit cui in remuneratione tam felicis Victoriae, et tam preclari gesti viuum, et memorabile Monarchiae, seu

legationis monumentum Ipsi Rogerio, Simoni
Filio, et heredibus suis posteris concessit, Anno
Salutis Dni. 1098. post quem semper Reges
Siciliæ legationis hoc munere functi sunt:
omniaq; ad potestatē legati pertinentia
exercuerunt; qui quidem solus usus absq;
Privilegio sufficeret, cū excedat quingentos
ānos, et sit tam Immemorialis temporis
æquipollet enim cōcessioni, et Privilegio
etiam data Incapacitate possidentis, quia
cū immemoriali possessione concurrit fama
Privilegij, atq; scientia, et tollerantia
tot Sūmorū Pontificū, qui præsumitur
vulgatas et notorias consuetudines scire,
Illisq; consentire, quibus accedit exer-
citiū eiusmodi Jurisdictionis à tot Regi-
bus Christianissimis, ac Catholicis, qui à Comite
Rogerio hucusq; extiterunt, apud quos
consiliarij doctissimi ac timoratæ conscientiæ
assederunt, qui passi nō fuissent Reges
eā exercere Jurisdictionē si id non licu-
isset

Comiti Rogerio, et Successoribus etiā Laicis

potuisse sumum Pontificé subijcere clericos huius Regni in dubijs non habetur. Nā et si Priuilegiū clericorū, quò ad forū sit de Jure diuino, tamen Papa potest mero Laico, atq; etiā Feminę cōmittere causas spirituales et Ecclesiasticas, etiā criminales secundū veriorē et receptiorē opiniorē, Idq; ea ratione, quia non Judicabunt ex propria, et Laica Jurisdictione, sed ex Jurisdictione Ecclesię eis demandata: quod autē dicitur ab aliquibus sumum Pontificem hoc non posse intelligitur cōmuniter, quando sumus Pontifex vellet omnes clericos ex toto subijcere secularium Jurisdictioni longe secus in particulari, quo ad quosdam vnius Regni, vel Prouintię, Id quod non solum ex priuilegio particulari, sed ex consuetudine in aliquibus causis introduci potest; quę omnia absq; aliqua difficultate procedunt, quando Laicus eligit personā Ecclesiasticā, quę de causis spiritualibus, et Ecclesiasticis cognoscat, quod semper

obseruarunt Proreges Siciliæ, tunc enim lai-
cus ad nudũ ministeriũ spirituale deputa-
tus videtur, quod de Jure Laico cõmitti
posse non dubitatur.

Dixi, et hæredibus quia Priuilegiũ vrbani
ad omnes hæredes, et successores porrigitur
regulariter enim hæres hæredis appella-
tione hæredis, etiã ex propria significatione
verè et propriè comprehenditur, Idq;
adeò per multas successiones, et in ma-
teria etiam stricti Juris, et pœnali
ac etiã in condictionibus, quæ in forma
specifica ad impleri debent. Preserti-
cũ huiusmodi legationis concessio fuerit
ob benemerita magni Rogerij, vnde
de omnibus hæredibus intelligenda est
vt gratia meritis correspondeat.
Accedit quòd verba bullæ sunt con-
cepta negatiuè, quæ in infinitũ intel-
liguntur. Tum deniq; quia à tempore
concessionis bullæ hucusq; ità semper
fuit intellecta obseruantia enim sub-

sequuta interpretatur mentē sūmi Pontificis rescri-
bentis, vel statuentis, et prefertur omni alij inter-
pretationi etiā contrà veritatē, quę Interpreta-
tio, et si falsa appareret, tamen ei standum est
absq; aliqua dubitatione tanto magis quando
obseruantia est subsequuta cū scientia et
tollerantia Sūmi Pontificis ad hęc ex vsu
longi temporis declaratio inducitur, et conceditur
Jurisdictio. Addo etiā quòd natura dignitatis le-
gati nati concessa habenti dignitatem, et
officium est transitoria ad successorē in dignita-
te, et officio, et ex consequenti ad heredes, et
successores habentes Regiā Dignitatē.

Causa concessionis Bullę per Vrbanū Pontificē
Comiti Rogerio fuit ob plurima seruitia per
Rogerium prestita sedi Apostolicę. Nam cū
Sicilia à Mauris, et Saracenis occupata
(Deo adiuuante) per Rogeriū à Mauris, et
Saracenis liberata, et in Christianā ditionē
restituta fuisset eā ob Victoriā. Vrbanus
Secundus videns Ecclesiā Dei per Rogeriū
plurimū dilatatā, Ipsumq; multis modis sem-
per deuotū sedi Apostolicę se exhibuisse.
Cùm Rogerius recepta capua, Salernum se

contulisset Vrbanus Salernũ de tanta Victoria congratulaturus ad Rogeriũ accessit, Diuq; eius Colloquio vsus multa de fide propaganda tractarunt. Cũq; eo tempore Vrbanus Robertũ Episcopum Troynensẽ legatũ in Sicilia instituisset, Rogerio id egrè ferente promisit eum reuocare, et Rogeriũ ac suos in Regno legatũ constituere, aliũq; ex inde non missurũ. Post hęc, quod verbis promisit eius dipplomate ad impleuit. Ex quibus constat illud fuisse concessũ in remuneratione tot laborũ. Ideoq; sũmum Pontificem noluisse, nec debuisse illud Priuilegiũ reuocare.

Dixi noluisse, quia priuilegio propter merita concessa nũq; in dubio censentur reuocata licèt in reuocationibus adessent verba generalia, et geminata cũ clausula non obstantibus priuilegijs, tum etiam quia hoc est Priuilegiũ legationis Regi concessũ, quod non censetur reuocatũ per verba

generalia, Sicut nec Jurisdictio aliorũ legatorũ Natorũ, et aliorũ officialiũ summi Pontificis, quorũ potestas ab eo dependet.

Dixi nec Debuisse dictũ priuilegiũ reuocari, quia concessiones factę ob benemerita, et notabilia seruitia pro remuneratione seruitiorũ nullo modo sunt reuocandę, tanq̃ actus onerosi in vim contractus transeuntes nisi ex causa expressa Justa magna, et Vrgentissima, adeo vt nõ sufficiat causa ingratitudinis, de qua etiã Constare debet adhibita Causę cognitione parte citata, et audita, et Juris ordine seruato, quę causa subesse non potest in Rege Sicilię Jurisdictionẽ exercentę ꝑ suos officiales, qui etiã delinquendo Domino prę iudicare non possunt. Ideoq̃ Priuilegium eiusmodi est irreuocabile, et perpetuum.

Inde ab Ipso Rogerio Potestatẽ habet, et Jurisdictionẽ Monarcha in exemptos, quã absq̃ controuersia et difficultate semper exercuit, et exercet, etiã post consiliũ

Tridentinū. licet enim per Cap: xj. sectione 24.
sacri Consilij Tridentini, causæ exemptorū
cōmittantur ordinarijs tanq̄ Apostolicæ sedis
delegatis tamen ex quo cessat inconueniēs
super quo fundatur dispositio Illius Capi-
tuli, quæ fuit ne exempti nō habentes
superiorē in loco laxiorem vitā ducant,
Cùm in Regno habeant legatū, qui habet
Jurisdictionē in exemptos legitimè potuit,
et potest eos cognoscere ex sua ordinaria
Jurisdictione eo maximè, quia per dictā
extrauagantē Vrbani disponitur, quod
ea quæ sedes Apostolica per legatum
actura est per Regem tanq̄ legatū apostolicum expediantur.

Secundo potest adiri per viā querelæ quando
nō potest appellari propter aliquod Impedi-
mentum Juris, et pro grauamine recurritur
ad legatum.

Tertio legatus natus potest Constituere sibi
vicarium, prout facit Rex Dn̄s meus Consti-
tuendo vicereges, et vicarios locūtenentes

generales, vel Presidentes maximè propter Justam absentiam.

Quarto nō solū Legatus potest constituere sibi vicarium, verū etiā dictus Vicarius legati potest subdelegare, quod faciunt Vicereges in hoc Regno. Nam delegatus legati potest subdelegare maximè stante consuetudine subdelegandi ex quā queritur potestās subdelegandi.

Quinto legatus Natus potest se intromittere de causa alteri persumū Pontificem cōmissa, quando delegatus pronunciasset contrà formā Rescripti, vel ex causa nouiter orta, et à principio persumum Pontificem nō cognita. Idq̄ non solū Jure legationis, sed tanq̄ Rex potest cognoscere de Violentia Ecclesiasticorū delegatorū in subditos et etiā de censuris contrà eos iniustè latis per modū extrajudicialis defensionis, vt eos compellat, vt vim auferant appellationi deferant, et interdictū suspendāt. Et passim seruatur in Regno, quod vbicūq̄ delegati apostolici nulliter proce-

dunt, vel partes grauant, vel eorum Jurisdictionē
excedunt recurritur ad Regiam Monarchiam
viā grauaminis, in qua partibus auditis et dis-
cusso negotio, declaratur si fuit Illatum
grauamen, vel non, et si Delegatus nulli-
ter processit, vel partes in aliquo grauauit,
declaratur fuisse Illatū grauamen, et reuo-
cantur omnia per Regiam Monarchiā: in qua
remanet causa vsq; ad vltimū finem Idq;
sūmopere est necessariū, et vtile Regni-
colis, et Vassallis Regijs, qui si Romam
accessuri essent pro remedio adversus Dele-
gatos nulliter, et indebitè procedentes ma-
ximè in causis non ità grauibus, et magnis
potius litem desererent, et rem suā amit-
tere vellent, q; Romā ad litigandum
tot sumptibus, et labore petere.

~~[illegible]~~

dicto actu, neq; per viâ appellationis, neq; per viâ gravaminis, vel aliter, sed ibi causæ finiuntur, et terminantur.

Sexto solent legati seu Vicereges in Regno dispensare, vt procedatur ex abrupto contrà Clericos, vel Monacos delinquentes, et hoc sæpe sæpius fuit in praxi servatum antiquissimis, antiquis, et modernis temporibus tam ordinarijs locorũ petentibus, q; contrà exemptos. Hoc tamen in certis casibus, vt quãdo delictum est adeo atrox, et enorme, vel sceleris patrator est repertus in fraganti vel facinus esset notoriũ, vel quando ad esset justa causa bonũ publicũ respiciẽs vel ageretur de homicidio qualificato sui prelati, vel superioris, vt fuit actum nuper contrà quosdã Cappucinos, qui occiderunt eorũ Provincialem.

Septimo legatus potest imponere pœna excommunicationis, et excomunicare, et hac pœna Comes Rogerius, et cæteri antiqui eius successores passim in Privilegijs probb.

seruantia eorũ mandatorũ vsi sunt.

Potest etiã absoluere in casibus, in quibus legatus natus de Iure absoluere potest. hinc multoties fuit seruatũ in Regno, quod si per viã appellationis nullitatis, grauaminis, vel querele ab excõmunicatione prelatorũ recurritur ad Monarchiã, datur Iudex Ecclesiasticus cũ consilio magne Regie Curie, vel alicuius doctoris, a quo petitur absolutio ad cautelã allegando capita nullitatũ, et grauaminũ, et Ecclesiasticus Iudex, vt plurimũ absoluit excõmunicatũ ad cautelã, ad effectũ comparendi in Iudicio pro expeditione cause appellationis, vel grauaminis, quandoq; scribit Prelato, qui excõmunicauit, vt absoluat potius de honestate, q; ad derogationẽ sue Iurisdictionis, qua de Iure superior, ad quẽ appellatur potest quandoq; absoluere quandoq; remittere absolutionẽ Prelato excõmunicanti.

Octauus potest legatus visitare Ecclesias bonos mores tuendo, et prauos corrigendo

et generaliter

et generaliter de vita et moribus Inquirendo, et licet in aliquibus literis presupponatur Visitationes fieri per delegatos de mandato Regis tanq̃ Monarchę, et in aliquibus de mandato Regis tanq̃ habentis Jus patronatus Ecclesiarũ, et prelatiarũ Regni, tamen hoc Jus visitandi in rei veritate competit Regi vti Monarchę, quia legatus natus ex dispositione Canonũ habet Jus visitandi. Nam tanq̃ patronus non potest visitare nisi quatenus id Regi ex Institutione, ac fundatione competeret, vt nouissime ex dispositione Sacri consilij Tridentini disponitur sessione 24. c.° 3.°

Nono legatus est in possessione conferendi prebendas aliquas vacantes Modici valoris, quas beneficia simplicia appellamus, quę sunt de regio Jure patronatus, quod ex antiquissima consuetudine confirmatur, quod Jus habet Rex Francię in Regno, et plerique alij Reges.

Et generaliter omnia potest, quę de Jure legatus natus exercet, licet etiam multa nõ exerceat, vt dispensare in gradibus

prohibitis comittere causas appellatione remota, nec alienare res Ecclesiasticas, nec alienationibus consentire, nec Impedit se regulariter de specialibus delegationibus sumi Pontificis, nec quando agitur de Interpretatione dispensationis Sedis Apostolicę. Nec In his oibus in quibus de Jure nō potest.

Vsus Regię Monarchię à, sui origine, et multis ex Inde temporibus fuit Amplissimus Imponebatur etenim per Reges in prouisionibus pœna excomunicationis, et Jurisdictio contra personas Ecclesiasticas, et eorū bona exercebatur: cognoscebant quoq; Reges de rebus spiritualibus, deq; personis, et causis clericorę tàm ciuiliter q; criminaliter absq; aliqua distinctione, et absq; interuentu personę Ecclesiasticę, vt patet in libro Regię Monarchię, ab anis verò centū citra Causę in primo Judicio discussę, et terminatę sunt Corā ordinarijs, et per viam appellationis Corā Metropolitanis, et ab eis ad Regiā Monarchiā deuolutę in qua eligitur Judex Ecclesiasticus, qui cū consilio

magnę Regię Curię, vel alterius Doctoris
prouidet de Justitia, quę forma, à, Rege Alfonso
originē sumpsit, vt patet ex supplicationi-
bus Regni cū Interuentu Brachij Ecclesiastici
in capitulis Regis Alfonsi. Sed vbi partes
pręueniunt in Curia Romana ibi finitur, et
hic nullo modo potest Cognosci. Si verò est
pręuentū in Regno Corā ordinarijs Causa fini-
tur In Regno, nec solent admitti supersessorię
vel inhibitorię, quia vt plurimū, et quasi in
distinctè conuenti procurant proponere Illegi-
timitates ad effectū, vt supersedeatur in
Causa principali, Donec discutiatur Causa
Illegitimitatis in Curia Romana ad vexandū
partes Longissimis litibus, et expensis, Et qa
fere omnes actores ꝓtendentes recuperare bo-
na suorū antecessorę, sunt adeo pauperes vt
potius libenter Causā deserant, Cq̄ extrà Re-
gnū illā cū tanta Jactura, et Impossibilitate
prosequantur. quę praxis indistinctè serua-
tur, et quoties in causa Legitimè est pręuentū
Corā ordinario in Regno nō Conceduntur exeq.rię —

Vsus etiā Regię Monarchię est Judicare
Causas exemptorę, qui sunt personę Eccle-

siastice nõ habentes superiorem in Regno, vel ex canone, vel ex Privilegio, vt sunt Archiepiscopi, et aliqui Episcopi, vel qui habent superiores extra Regnũ, vel sunt Monaci, quorũ generales solent extra Regnũ residere.

Consuetudo etiam, et observantia Regiæ Monarchiæ est cognoscendi omnes appellationes, quæ interponuntur à sententijs illorũ magistratuũ Ecclesiasticorũ, qui non habent alium magistratũ superiorem in Regno, vt a sententijs latis per Curiam Archiepiscopalem huius Vrbis Panormi appellatur ad Monarchiam, et à sententia lata in causa appellationis in Regia Monarchia appellatur ad eadem Monarchiam cũ interventu aliorum Judicũ, et Consultorũ, et si contingerit interponi aliam secundam appellationem, quando sententia nõ esset conformis appellatio interponitur ad eadem Regiam Monarchiam vbi quo lis finiatur.

Hæc quantũ attinet ad vsũ, et observantiam Regiæ Monarchiæ, nunc de ab vsibus agendum est, vt integrè omnia extra vna intelligat.

Titulus qui processibus inscribitur ad Sanctissimū et Beatissimū Dominū nostrū Papā, et in literis dimissorijs, quę cū processibus, et scripturis transmittuntur, in quibus subscribitur in hanc formā sanctitatis Vrę humilis seruus etc. videntur impertinentes, quia cū Monarchia in Regno nō sit nisi Sanctę Sedis apostolicę legatus ipse nō potest dicere auctoritate apostolica facimus, sed auctoritate legationis, et alia est auctoritas Apostolica, alia legati, et licet cōmunis obseruantia substineri posset, ex eo quod factū legati dicitur factum sedis Apostolicę, tamen (re vera) in Regno Monarcha, seu legatus non vtitur hoc titulo, quando aliquid mandat, vel precipit, nec quando expedit literas dicit auctoritate Apostolica, sed vere ille vsus est forma Curialiū, qui inscribunt processus appellatos ad sanctissimū Dominū nostrū Papā ob Reuerentiā sūmo Pontifici, à, quo dependet hęc Jurisdictio prout solet fieri in pluribus Consilijs Regijs, quibus datur titulus. S. C. et R. Mtas habita consideratione ad personā Regiā repręsentatā per Consiliū Regiū. qui abusus fuit, ad inuentus à Prelatis Regni quo se excusare pos-

sent apud Sedem Romanam, quod ipsi dirigunt processus appellatos ad Sanctissimum Papam, et non ad Monarchiam, Ideoque subscribunt se modo predicto et hoc est magis verisimile, quia eiusmodi titulo, et inscriptione non utimur in sententijs, et actis, que fiunt in Regia Monarchia, seu coram Judice Ecclesiastico in Causa, sed eo titulo utuntur Prelati in literis dimissorijs, et inscripturis transmittendis ad superiorem via grauaminis appellationis, vel alio modo, Sed postque Nomen summi Pontificis non Conuenit Monarche, nec alicui alij quamcumque supremam Dignitatem habenti debet huiusmodi titulus tanquam abusus abrogari, et in processibus, et scripturis apponi titulus conueniens Judici Ecclesiastico, ad quem transmittuntur secundum qualitatem persone et dignitatem.

Eadem in lib. de precm. cap. de Abusib. p. 88.

Erat etiam olim alius abusus, quod Regia Monarchia tanquam legatus natus concurrebat cum quolibet alio ordinario, etiam in prima Instantia, Sicut legatus de Latere: hodie autem huiusmodi excessus est abrogatus,

et tam primę quam secundę Instantię relinquuntur liberè ordinarijs, et Metropolitanis ordine suo.

Abusus etiam nouus iam sunt anni viginti insurrexerat, et per aliquos pretendebatur, quod, à, sententia Delegati Apostolici poterat appellari ad Regiam Monarchiam, et pro fortissimo fundamento adducebant sententiam latam per Abbatem Siculum Nicolaum Tudiscum Panhormitanum appellatum Principem Canonistarum in vna appellatione Interposita, à, sententia lata per vicarium Panhormitanum vti delegatum apostolicum, in qua narrat Abb: in principio dictę sententię dictam appellationem fuisse interpositam ad sedem apostolicam, et loco Curiei Romanę Abbatem Judicem per Regem Alfonsum deputatum fuisse, cui competebat potestas ex priuilegio Summi Pontificis, et ex antiquissima consuetudine, Sed hic abusus non preualuit, quia In Reiueritate semper antiquis temporibus seruatum fuit, quod, à, delegato Summi Pontificis appelletur ad delegantem, non ad alium superiorem,

Eadem scripserat in lib. de praeeminentijs cap. 6. de Abusibus. 5. p. 89. Quod hic ait annis 20. cum scriberet anno 1578. ostendit incogitantiam hominis, qui transcripsit haec ex litteris S. Consilij datis anno 1572.

de qua obseruantia manifestissime constat,
ex literis Illmi Don Vgonis de Moncata, tunc
in Regno Proregis ad Regem Catholicum Diuæ
memoriæ, año 1512. cum subscriptione sacri
consilij, et aliorum doctissimorum virorum,
qui omnes in dictis literis ingenue affirma-
runt, quod à delegato summi Pontificis non ap-
pellatur ad Monarchiam, sed ad delegantem
quod etiam scripsit Antonius Montaltus tunc
Fisci Patronus doctissimus in literis suis ad Ca-
rolum quintum maximum año 1535. Et modernis
temporibus omnes sine dubio ita obseruant
ad sententiam Siculi respondetur non esse
autenticam, vel quod Rex Alfonsus in illa
causa habuit speciale mandatum à summo Pon-
tifice, vel quod Abb: potuit credere Regi
Alfonso asserenti se habuisse de hoc Priui-
legium.

Episcopi tam à Principibus quam à ceteris om-
nibus paterno honore, et debita Reuerentia
prosequendi sunt, et tamen quibusdam tempori-
bus inualuit consuetudo, vt procederetur con-
trà Episcopos, et prelatos eos personaliter vo-

cando pro aliquibus causis ad Curiam Monarchiæ
Et quandoque contra eos processum est ad Carce-
rationem vocando etiam eos absque Causæ ex-
pressione tantum indicendo, vt venirent pro
regio seruitio: Pientissimus tamen Philippus Rex
noster Christianæ fidei integerrimus Protec-
tor, et propagator, et Dominus meus suis lite-
ris mandauit circa hoc ad vnguem seruari dis-
positionem Sacri Consilij Tridentini, et hodie
Exc^tia vra non solum id exactissime obser-
uat verum etiam eos in sedem Pontifi-
calem restituit a qua prius in presentia
Regum abstinebant missam Pontificalem
non celebrantes Jussisque obseruari formam
et Ceremonias in libro Pontificali descrip-
tas.

Per Regias quoque Pandectas huius Regni statu-
tum erat quod Jura quædam, seu sportulæ Ju-
dicibus, seu fisci patrono pro eorum subscrip-
tionibus in exequutorijs concedendis sol-
uerentur pro Archiepatibus, Episcopa-
tibus Archimandritatu Regni Abbatijs,

et prelatijs ceterisq; beneficijs, que sunt de
Regio Jure pronatus ac etiam pro exequtorijs
aliorum apostolicorum rescriptorum, pro sigillo
quoq; soluebantur alia quedam Jura, pro
ut pertaxata in pandectis impressis dispone=
batur, que omnia sunt sublata, et abro=
gata ad literas Inuictissimi Regis Phi=
lippi Domini nei, vt nihil soluatur.

Alius erat abusus in Regia Monarchia
quod omnes clerici, seu alie persone, que
via appellationis gravaminis, vel alio modo
veniebant ad Regia Monarchia post ob=
tentas inhibitorias in causis pendentibus
et declarato gravamine obtinebant literas
ne Episcopi in eisdem causis etiam futuris se
impedirent adeo vt pro delictis preteritis
coram ordinarijs non poterat procedi propter
inhibitorias, nec in futuris poterant cognosci
per ordinarios tanq; recusatos vti suspec=
tos, eosq; modo delicta preterita remane=
bant impunita, et in delictis futuris
animosiores reddebantur reputandose exen=
tos a ordinarijs vnde Regia Monarchia

ad releuandos oppressos principaliter concessa ad defendendum, ac protegendũ incestuarios, adulteros, concubinarios, vsurarios, et aliorũ scelerũ patratores reddebatur oportuna, cui Morbo Exc.tia vra medelam adhibuit constituendo fisci patronũ, et procuratorẽ fiscalem Regie Monarchie, vt cause omnes fiscales pro Justitia defendantur ne delicta remaneant Impunita, vt quisq; certo sciret, ac cognosceret hoc Tribunal nõ solum ad releuandos oppressos, sed ad remittendũ scelestos suis ordinarijs, vbi de legitimo grauamine nõ constiterit, Illosue puniendũ vbi causa In Regia Monarchia legitimè examinanda, et finienda erit.

Est etiã alius deniq; abusus q̃ Judex Ecclesiasticus datur, vt cũ voto magne Regie Curie prouideat de Justitia, et tamen quãdoq; Ecclesiasticus cũ voto vnius ex tribus Judicibus magne Regie Curie tam in Ciuilibusq; in criminalibus causis literas subsignat, prouidendo, et precipiendo multa, quod mihi videtur absurdũ, cũ vnus ex delegatis

— nihil possit facere sine alio, et licet Judices magnę Regię Curię sint ordinarij adeo ut unus possit maximè in procedendo expedire, tamen in Regia Monarchia sunt Delegati, Idoqꝫ unus sine alio nihil poterit consulere quemquidem abusū poterit Exc^tia^ vr̄a tollere mandando, ut Judex Ecclesiasticus procedat cū voto saltem duorū Judicū magnę Regię Curię prout in cęteris semper prudentissimè disponit.

Causa finalis Rª. Monª.

Causa finalis Regię Monarchię semper fuit beneficiū Regni, ne causę extrahantur à Regno, ad Elongandas lites; quod quotidie euenire solet. Nā occasione Calūniosę Illegitimitatis vel alterius spūalis articuli, de facile obtinentur Inhibitorię ut supersedeatur nō solū in Causis feudalibus, et magni ponderis, Sed etiā cuiuscūqꝫ alterius modicę Causę etiā exequutiuę, Et Ego vidi obtēptas Inhibitorias à tutore contrà pupillū super petitione ratiocinij tutelę allegando, qꝫ pupillus erat spurius, et Illegitimus, et super eius Legitimitate

pendebat Causa in Curia Romana, quod-
quàm sit Calũniosum remediũ ad Impedien-
dum rationes administratę Tutelę
nemo est, qui nõ videat In qua re consi-
derandum erit, quod in multis partibus
ad euitandas Calũnias sunt adhibita re-
media. Nã In Dominio venetorũ fuit
prouisũ quòd quando aliquis dicit de Ille-
gitimitate in Curia Romana ad Impedi-
endã petitionẽ proprietatis aufertur ab
eo possessio Rei de qua agitur, et Certè
Dominiũ venetorũ non habet aliquod
priuilegiũ nec est legatus natus, sed
quia extrahuntur veneti ad litigandum
extrà eorũ Dominiũ, visũ fuit Illis do-
minis prędicto modo prouidere: similem
concessionẽ ne extraherentur Medio-
lanenses obtinuit Francus Rex Francię
à Leone Pontifice maximo. Ideoq; si per
Regiã Monarchiã quandoq; nõ permittitur
extrahi aliqua causa hoc fit bono, ac sancto

B.D.L.O.L.D.Z.

Zelo non Indiminutione aliquã Jurisdictio-
nis Ecclesiasticę, cũ Illa exerceatur per
legatũ sanctę Sedis apostolicę eius per-
missione, et privilegio prout ceteri offici-
ales, et auditores faciunt.

Altera causa est beneficij Regni. si enim
clerici essent liberi, et eorũ delicta essẽt
cognoscenda solũ per ordinarios absq; ti-
more Principis temporalis perturbarent
pacem, et quietẽ, et quotidie facinorosa
et atrocissima Delicta perpetrarent,
quibus non Ità frequenter modo se immi-
scent non virtutis amore, vt decet viros
Religiosos, Sed formidine pœnę.

Altera etiã Causa est ne scandala orian-
tur his temporibus, quę maxima essent
si laici viderent delicta clericorũ Im-
punita.

Altera precipua preeminentia est Regij
Juris patronatus: pro cuius defensione nuper
allegationes de mandato Exc^tie vestre

conscripti, que ad Philippu Regem nostru transmisse fuerunt, et quia poterunt alijs Regijs ministris transmitti non videtur hoc in loco repetere, que scripta sunt.

De Spolior. percepcione

Rex etiam in Regno percipit spolia prelatorum mortuorum, et fructus (sede vacante) ex antiquissima consuetudine de cuius initio non extat memoria hominu in contrarium, que de jure valet, et tempore Regis Alfonsi: cum Rex expendisset ducatos octocentos mille pro sede apostolica in Bello Marchie Anchonitane ei Pontifex confirmavit spolia in remuneratione, et compensatione dictarum pecuniarum expentarum. unde Rex percipit spolia, et fructus ex contractu oneroso: hinc cu in anno 1452. per Regnu in Parlamento, in quo interveniunt tria Bracha Ecclesiasticum videlicet Militare, et Demaniale fuisset supplicatu ~~sem~~ Regi Alfonso ne curia se immisceret in predictis spolijs prelatorum

Sed successoribus in prelatura seruarentur res-
pondit Rex in his verbis Regia Mtas non
consueuit de his absq; prouisione apostolica
se aliquatenus intromittere atq; Ita in
futurū taliter se habebit, quòd non erit
locus Juste querele ex Inde Rex Catho-
licus Concessit Joāni Archiepiscopo Panhor-
mitano, vt possit testari de spolijs, et quòd
ab Intestato succedant heredes sanguinis
vt patet in Priuilegio dato Toleti vj.° Julij
1502. Exequutoriato Messane vj.° Octobris
1502. in quo sunt hec verba, cū de Jure
spolia Prelatorū Regni Sicilie spectēt
ad futuros Prelatos, et ad Ecclesias, seu
ad Cameram Apostolicā, attamen de con-
suetudine antiqua in eodem Regno
obseruata, cuius memoria in contrariū
non existit, ac Priuilegio Felicis recor
dationis Regi Alfonso patruo nostro per
sedem Apostolicā concesso in recompen-
satione octingentorū miliū Ducatorū, quos
in recuperatione Prouintie Marche An-
chonitane de suis proprijs pecunijs exposuit
siuè

— siue alio priuilegio, seu gratia Regibus prę
fati nostri Regni sicilię concessis curia nrā
est, et fuit in possessione, vel quasi capien-
di spolia prelatorū dicti Regni in eodem Re-
gno aut alibi morientiū volumus tamen vo-
biscū benigniter nos habere et q̄ extat quoq̄
Viceregio Prouisio in año 1486. notata
in Registro Antonij Monaci Regij secre-
tarij in Regia Cancellaria in qua narra-
tur sūmum Pontificem in vim Aposto-
lici Breuis dedisse potestatē cuidā fratri
Bartholo Munsono Vicario Cathinensis
Ecclesię ob mortē Episcopi Catanię re-
cipiendi, et recuperandi nomine sūmi
Pontificis, et Apostolicę Camerę, fructus,
redditus, et prouentus, Decimas, Census,
et Emolumenta dicti Episcopatus, et
Prorex Prouidit, vt sequitur, Nos
autē Rectè considerantes ad Regiam
Curiam, eiusq̄ officiū, et dignitatem per-
tinere, ac spectare defuncto cuiusuis
Cathedralis Ecclesię Pastori, et alio nō

dum auctoritate apostolica prouisio, spolia et quęcũq; bona dicti Episcopatus (sede vacante) apprehendere et detinere ad vsq; alterius noui Prelati creationem ab exequutoria pfati breuis exclusimus, et vobis abdicauimus potestatẽ omnẽ, et facultatẽ recipiendi, leuandi, et habendi fructus, redditus, et prouentus, decimas, census, obuentiones, et Emolumẽta ad Cathinensẽ Ecclesiã quomodocũq; spectantia, et pertinentia et q. Ex quibus dignoscitur Reges semper fuisse in possessione, vel quasi, et statu percipiendi spolia, et fructus (sede vacante) et in omnibus Registris Regię Cancellarię, à tẽpore Immemoriali continuatis temporibus de Rege in Regem semper (succedente casu) Reges omnes, et Philippus Rex et Dñs Meus feliciter Regnans deficientibus, vel morientibus prelatis semper fuerunt, et sunt in Eadẽ posses-

sione capiendi possessionem prelatiarum percipiendi spolia defunctorum, et si aliquando conceduntur prelatis successoribus hoc fit ex gratia procedente ex mero speciali Fauore Ipsorum Regum. Eadem spolia, et fructus (sede vacante) percipit Rex* Francie in Regno suo, et plerique alij Principes suppremi.

* de quo scriptores Galli

Pro conseruatione preeminentiarum Regiarum Martinus Junior Rex Sicilie, et Ferdinandus Rex Catholicus statuerunt, ne sine consensu suorum Proregum exequerentur apostolice Bulle, quod in omnibus dipplomatibus seruatur etiam si essent litere citatoriales, Compulsoriales, Indulgentie, excomunicationes, dispensationes super Matrimonijs, super Irregularitate, licentijs dimittendi habitum, morandi extra Monasteria, et alie que iis Bulle ne sub inuolucro fiat aliquod preiudicium Regie preeminentie, vel Regie Monarchie,

quod apud plerasq; Christianę Reipublicę Ditiones seruari testantur, plerique Iurium interpretes, et specialiter in hoc Regno ex pręeminentia Regia non conceduntur — exequutorię Comitibus Palatinis, qui habent potestatę legitimandi, et alia faciendi, ne legitimationibus apostolicis ad successiones, vel bona, nisi ad sacros ordines, et spiritualia tantu, nec notarijs apostolicis ad conficiendu Instrumenta in temporalibus, nisi in spiritualibus tantum.

Alia etiam est pręeminentia Regia in hoc Regno, vt non soleant venire nuncij, nec Collectores Apostolici, nec alij Comissarij eatenu contra Prelatos et personas Ecclesiasticas huius Regni et delegationes Apostolicę, et Comissiones veniunt Directę personis Ecclesiasticis Regnicolis.

Hæc sunt Prorex Exc.me, quæ de præeminentijs Ecclesiasticis, quas habet Rex in hoc Regno Siciliæ, quàm Breuissimè per Capita compendiosè pro temporis Angustia congessi: Rogo tamen, ac etiã obsecro Exc.tiã vestram, vt hæc apud Sanctissimũ Gregoriũ xiij.um Pontificem maximũ suo præsidio, atq; protestatione tueatur. Protestans mei animi nõ esse quicquã dictũ Intelligi in Derogationẽ potestatis apostolicæ, quinimò omnia ex nunc Correctioni sanctæ Romanæ Ecclesiæ subijcio, Illud etiã humiliter deprecor Exc.tiã vrãm, vt Regi Philippo Domino meo hos meos labores, ac vigilias cũ aliqua comendatione notos faciat, et meis Conatibus faueat, vt maiora his Moliar. Valeat Exc.tia vrã fæliciter Panhormi die xvj.o Decembris 1578.

1578.

Ihus

Diploma Urbani 2.i Inpsonae Rogerij

Urbanus Episcopus seruus seruorum dei Clarissimo Sibi filio Regno Comitis Calabrie, et Sicilie salutem apostolicam benedictionem quia ppr prudentiam tuam superne Mtis dignatio te multis triumphis et honoribus exaltauit et probitas tua Insaracenorum finibus Ecclesiam dei plurimum dilatauit, et sante sedi apostolice deuotum te multis modis semper exhibuit nos Inspetiales atque clarissimum filium eiusdem uniuersalis Ecclesie assumpsimus. Id circo de tue probitatis sinceritate plurissimum confitentes sicut uerbis premissimus Ita lrarum autte firmate quod omniuita tua tpre uel filij tui Simonis uel alterius qui legitimus tui heres extiterit nullum In terra potestatis ure pretr uoluntate aut consilium tuum legatum Romane Ecc.e statuemus quinymo que pr legatum acturi sumus pr tui Industria Legati Vice choiberi uolumus quando ad te ex latere nro misserimus ad salutem Ecclesiarum que sub ura potestate consistunt ad honorem Beati petri santeque eius apolice sedis cui deuote actentq obedissi quam qz innecessitatibus suis strenue et fideliter ad iecissi, et tibi mandauero qtus Episcopos et Abbates sue terre mihi mittas quos et

quot uolueris mittas alios uero ad seruitium
Ecclesiarum suarum retineas omnipotens Deus
actus tuos In bene placita tua dirigat, et te
à peccatis absolutũ In uitã eternã perducat
Salerni per manus Joannis Ste. Romane
Ecclesie Diaconi Cardinalis tertio nonas
Julias Indi septime Anno Pontificatus nri
Vndecimo hactenus dipploma

1727

173

ANTONI XIBECCA

RESOLVTIONES

SEPTEM DVBIORVM,

propositorum contra officium Legati Regiæ Monarchiæ Siciliæ

Ad Exc.m domin. M. Antonium Columnam PROREGEM.

Die 27. Octobris anno 1579.

Li Sette dubij, ò argomenti che fà la Sede Apostolica contro la Monarchia di Sicilia, mandati à Marc'Antonio Colonna dall'Imbasciatore di sua Maestà da Roma.-

Los Ministros, que su Mag.d aqui en Roma tiene, entraxian bien en el acuerdo que escriuieron à Sicilia, se hauia apuntado con su santidad, de que de la persona Real se quitasse la dignidad de Monarca, y Legado nato: por hallarse conuencidos de la Sede Apostolica en todas las Congregaciones, y disputas, que sobrello se han tenido, y estan esperando de cada dia la postrera resolucion de su Mag.d y dizen ellos que se entretiene por lo que de Sicilia se escriuio en esta misma opinion, y tambien en lo demas.

1. Lo p.o que dize la Sede Apostolica, y sus Ministros es, que nunca el Conde Ruger fue Monarca, ni Legado nato: y por consiguiente ninguno de sus subcessores lo hafido: porque no dize tal cosa el Breue de Urbano Segundo, sino que quando la Sede Apostolica huuiesse de embiar algun Legado à Sicilia, por algunas cosas Ecclesiasticas, que lo que debia hazer por su Legado, lo haxia por el Conde Ruger, ò por su hijo Simon, ò otro heredero solamente; y que esto no fue hazerlo Legado nato, sino que le cometiera (teria) las causas tales.

2. Lo Segundo dizen que el Breue no es verdadero: por que Papa Urbano Segundo nunca estuuo en Salerno, como dize la data del año, y tiempo della.

3. Lo Tercero que aunque fuesse verdadero el Breue, no se estiende à mas que al Conde Ruger, y à su hijo Simon, ò à otro heredero solamente: por q.d como sea Priuilegio no se puede, ni deue estender.

4. Lo Quarto que el hauer exercitado su Mag.d esta auctoridad, y Iurisdicion de Legado nato, en Sicilia, y la buena memoria delos Reyes sus predecessores, no les da ningun Ius: pues q.d nunca tuuieron buen titulo, y dignidad tanto preheminente; y q.d siempre ha sido interrupta.

Lo quinto

5. Lo quinto que à, vn que Su Mag.d fuese legado nato no lo puede ser su Virrey de Sicilia por ser mere layco y no poder subdelegar tal persona por no ser capaz

6. Lo sexto que avnque huuiese legado nato en Sicilia deue estar en todo y por todo obediente, à su S. y Sede apostolica y no repugnar y contradezir al Papa como se haze en Sicilia de ordinario.

7. Lo Septimo que la dignidad de legado nato en ninguna manera se deue exercitar delos Juezes dela gran Corte y personas seglares como se haze en Sicilia si no que el legado nato deue ser siempre persona Ecclesiastica constituyda endignidad y que no solo tenga voto en todas las causas Eclesiasticas, que se trataren pero que oydos los Consultores haga el dis-

lo que mejor le pareciere y mas conforme
a los concilios y decretos etz

Sūmaria resolutionū septē dubiorū.

1. ¶ Ad primū dubiū responsiones.

2. Verus contextus Bullę Vrbani refertur longe diuersus ab eo in quo se fundat pars aduersa.

3. Verbū volumus dispositionē inducit.

4. Verbū volo Junctum cū Infinitiuo omninò dispositionē Inducit.

5. Coniecturę ad Inducendā dispositionē sunt ex qualitate Vrbani, et meritis Rogerij.

6. Quinimò coniunctio auget, et addit pręcedentibus.

7. Intellectus ex aduersò suppositus implicat contradictionē ab surdū, et Inconueniens.

8. Multis rationibus demostratur exempla diuersa, à, nostro authentico esse mendosa.

9. Verba Bullę quę acturi sumus per legatū
Idem important, q̄ quęcūq; per legatum
agenda essent.

10. Verba Bullę Indicant Collationem
potestatis de presenti; licet verba
denotantia exercitiū respiciant futura.

11. Verba volo titiū gerere negotia mea in
ducunt mandatum de presenti.

12. Obseruantia subsequuti Priuilegij, con=
firmat verū contextū, qui in Sicilia
habetur

13. Rogerius Comes statim habito Priuile=
gio exercuit Iurisdictionē legati Nati
Iudicando in causis Ecclesiasticis, vo=
cando ad Sinodum, statuendo cō=
trà Clericos pœnas excōmunicatio=
nis in literis imponendo, et aliquos
ab ordinarijs ecclesiasticis eximendo.

14. Rogerius Rex filius Comitis Rogerij continuauit exercitiũ legationis, et cæteri successores sequuti sunt.

15. Obseruantia subsequuta tollit omne dubiũ super veritate scripturæ.

16 Bullæ verba licet essent prout ex aduerso supponitur cũ obseruatia subsequuta tempore immemoriali dant Iurisdictionẽ secundũ ipsam obseruatiã.

17. Maurolitij historia probat veritatem contextus, et obseruantiam conformem.

18. Ad secundũ dubiũ responsiones.

19. Ostenditur bullã Vrbani esse veram nec contrariũ probari.

20 De Bullæ veritate dubitari non potest data obseruantia per anos .480.

21. Obseruantia antiquissima habet vim testiũ receptorũ super veritate facti; quando scriptura non appareret.

22. ¶ Ad tertiũ dubium responsiones.

23. Heres heredis comprehenditur appellatione heredis

24. Dictio heres in materia transmissibili omnes vlteriores comprehendit.

25. Heres heredis propriè dicitur heres etiã in stricta pœnali, et condictionali dispositione, et in materia consuetudinis, et renunciationis. ¿

26. Dictio heres in materia remuneratoria intelligitur de omnibus heredibus in infinitum.

27. Priuilegia licèt aliâs sint personalia propter benemerita sunt transitoria ad heredes.

28. Propter magnitudinem seruitij inducitur perpetuitas Beneficij.

29. Feudum ex causa remunerationis transit ad heredes, et etiam ad foeminas.

30. Immunitas concessa ob benemerita patris transit ad filios.

31. Verba negatiue concepta intelliguntur no solu de primo actu, sed in Infinitu.

32. Obseruantia inducit interpretatione declaratiua mentis concedentis, vt Intelligatur de omnibus heredibus in Infinitum.

33. Concessio presumitur realis, vbi realis fuit obseruatio.

34. Consuetudo antiqua certo modo intelligens verba Priuilegij dubia eius declarat.

35. Obseruantia presumitur ex causa, et Titulo Illius Priuilegij.

36. Obseruantia prefertur omni Interpretationi

37 Obseruantia muneris Legati nati in Regno Siciliae subsequuta est in heredibus et suc-

cessoribus Rogerij cũ scientia, et tollerantia Pontificum.

38. Patientia scientis, et patientis obseruari per longũ tempus inducit Declarationem.

39. Consuetudo tenaciter obseruata dat Jurisdictionẽ, et mandatũ Jnducit.

40. Priuilegiũ faciens mentionẽ de herede intelligitur de primo quando est contrà Jus commune, secus quando est secundũ Jus cõmune.

41. Priuilegiũ legationis Regi concessũ nõ est contrà Jus cõmune.

42. Legati nati de Jure cõmuni sunt perpetui.

43. Priuilegiũ intelligi debet secundũ materiã subiectam, super qua fit.

44. Regula .s. hoc sermone procedit in dispositione odiosa.

45. Regula d. s. non procedit vbi per primum actum non satisfit intentioni concedentis.

46. Merita Rogerij Æterna, æternũ Priuilegiũ postulabant.

47. Regula dicto §. hoc sermone non procedit quando ratio, et causa Priuilegij durat post primu actum.

48. Causa concessionis Priuilegij legationis fuit ne Siculi, à Regno extraherentur.

49. Regula d. §. hoc sermone nõ procedit, vbi æquitas contrariu suadet.

50. Industria personæ non censetur electa vbi fit mentio hæredum.

51. Priuilegiu in dubio præsumitur reale nõ personale.

52. Jurisdictio concessa in Castro intelligitur realis.

53. Ad quartum dubiu Responsiones.

54. Vsus Jurisdictionis Legati Nati per Immemoriale Tempus æquipollet concessioni et Priuilegio etiã in reseruatis Principi.

55. Tituli allegatio nõ est necessaria in vsu tẽporis Immemorialis.

56. Scientia eius contra quem prescribitur in immemoriali non requiritur. ?

57. Probatio in contrarium non admittitur aduersus Priuilegium presumptum ex vsu Immemoriali. ?

58. Consuetudine Jurisdictio in clericos quaeri potest. ?

59. Reges Aragonum consuetudine acquisuerunt Jurisdictionem in clericos, et Ecclesiasticas personas. ?

60. Ex titulo ex errore Juris causato nõ inducitur mala fides vera, Sed presumpta, quae nõ tollit prescriptionem Immemoriale

61. Titulus Jn Jure nec improbatus, nec approbatus nõ tollit immemoriale prescriptionem. ?

62. Laycus est capax Jurisdictionis Spiritualis ex Immemoriali prescriptione data Fama Priuilegij. ?

63. Jn Rota decisum fuit Laycum capacem esse Jurisdictionis Spiritualis Dato vsu Immemoriali cum Fama Priuilegij. ?

64. Pontifices presumuntur scire vulgatas, et notorias Consuetudines.

65. Scientia Pontificis cũ taciturnitate inducit consensũ, et dispensationẽ.

66. Consensus Tacitus sũmi Pontificis sufficit ad acquirendã Jurisdictionẽ in Ecclesiasticos data Jmmemoriali prescriptione.

67. Consuetudo nota ei qui Privilegiare potest æquipollet Privilegio.

68. Possessio Jurisdictionis Legati nati apud Reges Siciliæ, nunqũ fuit interrupta Jmò confirmata per Paulũ Tertiũ, à quo fuit remissa causa ad Judices Regiæ Monarchiæ.

69. Pontifices non presumuntur per Generales clausulas tollere Privilegiũ Legationis.

70. Privilegia ob merita concessa in dubio non censentur deuscata per clausulas generales, et geminatas.

71. Privilegia ob merita concessa nõ censentur sublata per clausulã nõ obstantibus Privilegijs.

72. Martinus Papa declarauit poenas statutas contra clericos patientes se conuenirj coram secularibus non apprehendere eos, qui conueniuntur ex consuetudine Jmmemoriali apud Regem Francorum.

73. Priuilegium ob merita concessum Regi Francorum cognoscendi Clericos reuocari nõ potest.

74. Jus legationis, quod Regibus concedi potest abeis possessum, quod sine scandalo non potest auferri, relinqui debet.

75. Ad quintum dubium responsiones.

76. Summus Pontifex potest cõmittere mero laico causas Spirituales et Ecclesiasticas, etiam Criminales Clericorum.

77. Summus Pontifex potest subijcere Jurisdictioni secularium omnes causas clericorum vnius Regni, vel Prouintiæ.

78. Legatus natus potest constituere sibi Vicarium.

79. Legatus Papæ ex causa absentiæ potest vicarium generalem constituere, et vices suas illi committere.

80. Rex potest subdelegare alij personæ eiusdem qualitatis, de qua Pontifex potest confidere.

81. Prorex in causis Ecclesiasticis eligit personas Ecclesiasticas, et quandoq; in dignitate constitutas.

82. Consuetudo attenditur quò ad potestatem subdelegandi.

83. Ex consuetudine, et prescriptione acquisitue potestas subdelegandi.

84. Ad sextum dubium Responsiones.

85. Regnum Siciliæ semper fuit Sedi Apostolicæ obedientissimum, et fidelissimum.

86. Ad septimum dubium Responsiones.

87. Laycus potest esse consultor Judicis Ecclesiastici secundum communem.

88 Paulus Tertius Pontifex maximus concessit Venetis cohertionem in Ecclesiasticas personas, quod antea Venetis usu receptum erat.?

89. Reges Francorum habent Privilegia Jurisdictionis in clericos.?

90. Judex Ecclesiasticus nominatus, à Prorege non tenetur sequi consilium assessorum, quando est iniustum.?

Illme et Excme Marce Antoni Coluna
Prorex Siciliæ Dignissime.

Præcepit mihi Exctia Vra, vt quam citissime fieri posset, scriberem resolutiones septem dubiorum propositorum contra officium legati, quod habet in Regno Siciliæ Catholicus Rex Philippus Inuictissimus Dns noster, tanquam successor Rogerij Comitis, cui primum illud officium ab Vrbano Secundo Pontifice maximo Collatum fuit: Enimuero Intelligo rem arduam mihi esse Demandatam, præsertim occupatissimo tot causis, et negotijs Regij Patrimonij, à quibus ne ad Aures quidem scalpendas otium datur. Itaque vt mandato Exctiæ Vræ Satisfacerem, cui obsequi sumè inuotis est mihi, Decreui Auferre plusquam dimidiam partem temporis sono necessarij, ad salutem tuendam, eique operi impendere. Hæc sunt igitur, quæ pro mea exili minerua, tam Breui tempore, potui super illis dubijs respondere.

1. Primum dubium, quod contra Regiam Monarchiam

vt vocant in Regno Sicilie proponitur est,
q nunqz Comes Rogerius fuit Monarca, nec
legatus natus, et consequenter nemo suorũ
successorũ legatus fuit, quia Bulla Vrbani
hoc non dicit, sed tantũ dicit, q quando
sedes Apostolica missura esset aliquem
legatũ in Siciliã pro aliquibus causis Eccle-
siasticis, que actura esset per legatũ suũ,
aget per Comitem Rogeriũ, aut per eius
filiũ Simonẽ, aut aliũ heredem, quodqz
hoc non est facere eũ legatũ natũ, sed
tantũ cõmissurã esse ei tales causas.

Cui dubio respondetur, q longe aliter se habet
verba Bulle Vrbani, quã ex aduerso refertur.
Verus enim Contextus bulle Vrbani, et
Autenticus, vt in libro Regie Monarchie
poenes officiũ Prothonotarij huius Regni con-
seruato, legitur, quantũ attinet ad
2. Dubiũ de quo agitur sic est. ¶ Idcircò
de tue probitatis sinceritate plurimum
Confidentes, sicut verbis promisimus, Ita

literarū auctoritate firmamus, q̄ omni vitę tuę tempore, vel filij tui Simonis, aut alterius qui tibi legitimus hęres extiterit, nullū in terra potestatis Vr̄ę pręter voluntatem, aut Consiliū tuū legatū Romanę Ecclesię statuemus: quinimo quę per legatū acturi sumus per tuā industriā legati vice cohiberi volumus, quandoquidē te ex latere nostro miserimus ad salutē sanctarū Ecclesiarū et c. Vnde nō potest aptari sensus, et Intellectus ex adverso datus, dū intelligunt, q̄ Vrbanus non constituit Comitē Rogeriū legatū, sed solū quando missurus esset aliquem legatū, ea quę acturus esset per legatum, faceret per ipsū Rogeriū, quia huiusmodi Intellectus, nec literę, nec sensui rationabili conuenire potest. Nā Vrbanus, quod verbis promiserat, quę gratia solo verbo perfecta erat, vt latè per Gabrielem lib: 6. conclus: Iur:

de prebendis conclus: p.ª) per literas promissū
confirmare voluit, et statuit non mittere
legatū in terras Comitis Rogerij deinde
subdit, quinimò, quę per legatū acturi su-
mus per tuā Industriā legati vice Cohibe-
3. ri volumus, quod verbū volumus Indu-
cit dispositionem ex Doctrina Bal: in Au-
then: et qui Jurat C. de bonis autho: Jud:
poss: quę sequuntur Alex: cons.º 190. n.º 31.
et 32. lib: 6. Socc: sen: cons.º 86. n.º 7.
lib: 3. et nouissimè Ludouicus Juntus
in Responso pro vxore n.º 363. ac Meno-
chius de Arbitrarijs Jud: qq. lib: 2.º
Centu: 5. Casu. 496. in prin: maximè
quando verbū volo est Junctū cum
4. Infinitiuo secundū Doctrinā Bar: in l. _
cunctos populos, sub n.º 3.º vbi Jas: in
2.ª lectu: n.º 15. hanc esse Regulā Infal-
libilē tradit de sum: trinit: et fide
Catho: et hoc etiā firmat Bar: in l. serui:
electione in Prin: sub n.º 4.º cuius sen-

tentia comunis est, vt testatur Socci:
sen: in d. cons.° Et Inspecie quidem nostra
ad est Infinitiuū cohiberi, quod secundū
prędictos Doctores Inducit Dispositionē,
Et adsunt q̄ plures coniecturę ex quibus
liquidissimè colligitur Vrbanū Disposi-
tiuè contulisse. coniecturas sumunt Doc-
tores in locis pręcitatis ex qualitate
5. Dantis ex meritis recipientis quę Inspe-
cie nostra concurrunt, Narrat enim Vr-
banus rara et singularia merita magni
Rogerij, quibus Ecclesiā Dei plurimū
Dilatauit, Sanctęq; Sedi apostolicę
Deuotū se multis modis semper exhi-
buit, obquę inspecialē, et Carissimum
filiū eiusdem Vniuersalis Ecclesię eum
assumpsit, subdit Deinde verba osten-
dentia magnū aliquod munus tantis
meritis dignū velle conferre, Idq; ipsū
verbis prius promisisse, et velle auctori-
tate literarū confirmare, quod indicāt
illa verba Idcircò de tuę probitatis since-

ritate plurimũ confidentes, quę verba passi
ponuntur, à, superioribus in literis, quibus
alicui dignitatẽ aliquã, vel officiũ confer-
re volunt. Indicant et verba illa li-
terarũ auctoritate firmamus, quorũ verbo-
rum tanta Pompa et Maiestas nõ potest
pati Illũ Intellectũ, Vt Vrbanus
nihil contulerit Rogerio accedit, et
6. verbũ Illud quinimò, quod auget, et
addit pręcedentibus, vt per Doctores in
l. Iurisgentiũ §. quinimò, et Ibi Paulus
de Castr: n.º 8. de Pactis. Nã Vrbanus Dicit
promisisse nullũ legatũ mittere in terrã
potestatis Comitis, quinimò per Comitem
acturũ esse ea, quę per legatũ agenda
essent, ergò constituit eũ legatũ sanctę
sedis apostolicę, quia oratio, quę acturi
sumus, cũ sit indefinita in beneficijs,
quę sunt fauorabilia accipitur pro Vni-
uersali Bar: in l. si ex pluribus de leg: 2.
et accipienda est, ac si dixisset, quinimò
quęcũq; acturi sumus per legatũ, per Ipsum
Rogeriũ Coherceantur. Addo, et Illud etiam

infinitiuū cohiberi, quod Jurisdictionis, et cohertionis demostratiuū est, vt per Luc: de pen: in l. fin: C. de Conuen: Fi: debit: lib. x°. et ex vi Ipsius verbi patet, et Apud Calepinū, qui exponit pro constringere, et refrenare, et Latius in Thesauro linguę latinę in verbo cohibeo subdit postea. Vrbanus rationē, ob quā potestatē Illā Rogerio tradidit, quando quidē te ex latere nostro ad salutē sanctarū Ecclesiarū miserimus, hic ergò adsunt maxima merita Rogerij digna magno munere adest similiter, et Maximus Pontifex, quē par est maximis meritis maxima dare, ex quibus plenissimę coniecturę sumuntur Papam voluisse dispositiuè conferre.

7. Quod autē hic sit verus, et genuinus contextus, et Intellectus ostenditur, quia si promisit non mittere legatū si deinde diceret et quando ad te legatū mittemus et c. statim sibi ipsi contradiceret, quod Juri, et rationi est contrariū vulgata lege, Nō ad ea ff. de Cond: et demostra: Item, et esset absurdum dicere quando mittemus ad te ex latere

nostro legatū per te cohiberi volumus, quę per legatū acturi sumus, quia legatus de latere missus, est Cardinalis, qui æquiparatur Regi, et non Videtur Conueniens mitti Cardinalem legatū ad Comitem Rogeriū nihil facturū vnde intellectus, qui ex aduerso profertur, nec vero textui, nec rationi congruit.

8. Et licet appareant aliqua exempla Bullę Vrbani Corrupta, et mendosa, in quibus dicitur quando ad te ex latere nostro miserimus ad salutē sanctarū Ecclesiarū, et c. apparet Illa exempla esse omninò Corrupta, et prępositionem illā (ad) superfluā, et vitio aliquorū scriptorū fuisse positā pro sillaba (dem) ex fine verę literę (quandoquidē: tum quia implicaret contradictionē prędictā promissionis non mittendi legatū, et mittēdi, et Contineret absurdum mittendi legatum de latere nihil facturū, pręterea textui mendoso non Videntur conuenire Illa Verba pro salute Sanctarę Ecclesiarū, quę videntur conuenire missioni Ipsius Rogerij,

quē Vrbanus tanq̄ Ecclesiarū Ampliatorem sū-
mè cōmendauerat, et dicit se misisse Illū ad Sa-
lutē Sanctarū Ecclesiarū, accedit, et alia
ratio ad Confirmationē veri contextus, quia
si vrbanus dicit velle auctoritate literarū
confirmare id, quod Rogerio verbis promi-
serat innuit, vt supra dixi magnū, et condi-
gnū aliquod promisisse Rogerio, sed Intellectus,
qui ex aduerso affertur nihil continet bene-
ficij Dati de presenti ipsi Rogerio, nec de
futuro quidem dandi, quia nō mittendo le-
gatū nihil contulisset.

9. Nec refragantur huic vero contextui, et Intel-
lectui verba Illa, quę per legatū acturi
sumus, ex quibus pręsupponitur ex aduerso
qq Vrbanus nihil contulit, sed conferre
promisit, quia rectè intelligendo secundū
prędictas coniecturas, et merita recipientis
et qualitatē dantis, Illa verba, quę
acturi sumus, tantū significant, quātū
omnia, quę agenda sunt per legatum,
vtraq̄ enim oratio acturi sumus per
legatū, et quę agenda sunt per legatum,
Idem significat apud Grāmaticos, vnum
enim est participiū actiuū futurū, aliud

est participiū passiuū futurū, et per Inde est
ac si dixisset Vrbanus volumus per te cohibe-
ri quecūq; aliâs per legatū agenda essent,
vel acturi sumus, Nec propterea videtur
10. differre ipsā collationē potestatis, que per
verbū presentis temporis collata est,
nempè per Verbū volumus, et Infinitiuū
cohiberi, que sunt presentis temporis, licet
exercitiū respiciat futura negotia, vt
pulchrè ad Id tradit Bar: exemplū in
d. l. cunctos populos dū ait, q̄ si quis di-
11. xerit volo Titiū gerere negotia mea
inducitur mandatū, Nā explicatio sola
voluntatis requiritur in mandante, et
negotia, à mandatario sunt explicanda,
quod Bar: exemplū est cōmuniter recep-
tū vt tradit Socci: Sen: d. cons.° 86.
n.° 6. lib: 3.° qui loquitur in eo, qui dixit
velle eligere, Ideoq; negotia expli-
canda non Impediunt collationē man-
dati de presenti factam, quia munus
Rogerio collatum nō poterat respicere
nisi futura negotia, et per consequens Illa

verba, quę acturi sumus, nec vmbrā quidem possunt facere rectè intelligendo contrà verū contextū, et verū Intellectum pręsertim concurrentibus coniecturis, et rationibus prędictis.

12. Et sanè hunc esse verū contextū verūq; intellectum Priuilegij ab Vrbano concessi confirmat subsequuta statim obseruantia Ipsius Priuilegij per Rogeriū eiusq; omnes successores continuata, qui Rogerius nullo legato Sedis apostolicę in Siciliā misso incepit ipse legati officiū, et Iurisdictionem exercere, Nam statim accepto Priuilegio Vrbani Rogerius tanq; Monarca terminauit litem inter Episcopos, et Terrarios Siculos super solutione decimarū, ordinauit q; Presbiteri ad Sinodū veniant, et si peccauerint puniantur secundū Iustitiā, et Episcopales consuetudines statuit, vt presbiteri persoluant Episcopis, quod Iustum est Itēq; presbiteri cū Episcopis ad Curiā Papę pergant, et Ipsi Episcopi in Cappella eorum

alios presbiteros ponant, qui in diuinis inser=
uiant, vsus est etiã in suis literis man=
datis, et dipplomatibus adhibitione poenę
excõmunicationis aduersus contrauenientes,
elegit Episcopos, et Abbates, exemit quoq;
aliquos, à Jurisdictione ordinaria Ecclesi=
asticorũ, quę omnia nisi Rogerius potuisset
facere dicendũ esset eũ Sũmi Pontificis
loco se constituisse, et Papalẽ Jurisdictionẽ
assumpsisse, cuiusmodi nihil tale in opi=
nionem Pontificũ aduersus Rogeriũ ve=
nisse ab historicis traditur, Sed Ro=
geriũ Pontificibus Romanis fuisse obediẽ=
tem, gratũ, auxiliatorẽ, et filiũ, vt passim
apud historicos legitur, Et non solum ab Vr=
bano secundo Pontifice maximo sũmo pere
dilectũ, vt in pluribus Priuilegijs Vrbani
Secundi apparet, Sed Pascalis secundus
successor Vrbani in Priuilegio confirma=
tionis Episcopatus Mazariensis ãno. 1100.
narrat p̃ Zeclara gesta Rogerij cũ sũmis
Laudibus extollendo subditq; hęc verba
nostris temporibus gloriosissimorũ Principũ

Roberti Ducis, et Rogerij Comitis fortitudine superne dignationis miseratio, omnem Saracenorum violentiam in Sicilia — Insula expugnauit, et antiquum Ecclesie sancte statum pro voluntatis suę placito reparauit vnde, et Ipsius Ineffabili misericordię gratias agimus, et Ipsius gratiam super illos egregios fratres alterum jam defunctum, alterum vero superstitem imploramus hęc Pascalis Pontifex, et Carolus Sigonius Historiarum de Regno Italię lib: 9. fo: 386. refert Pascalem Pontificem ano 1100. initio sui Pontificatus à Rogerio pecunia fuisse adiutum pro expugnando Clemente secundo Pontifice.

14. Idem legationis officium Rex Rogerius filius Rogerij Comitis prosecutus est, atqz deinde omnes successores, vt plenis sunt libri Regię Monarchię inter quos extat Bulla Anicleti Pontificis in erectione episcopatus lipariensis, dum ait saluis tamen omnibus

concessionibus, et Priuilegijs glorioso filio
nostro Regi Rogerio suisq; heredibus
à Romana Ecclesia traditis hęc Ille
vnde credendũ est Reges Sicilię Chri-
stianę fidei defensores ob reuerentiã,
quã semper sedi Apostolicę exhibue-
runt legationis officiũ ex priuilegio Apo-
stolico Rogerio concesso exercuisse pro-
quo facit tex: in cap.º nisi essent viri
Prouidi de prębend: vbi prouidentia,
et honestas disponentiũ cessare facit
omnem labis suspitionẽ, sic Probitas,
et honestas Regalis dignitatis eiusq;
ad Ecclesiã Dei deuotionis feruor omnẽ
vsurpationis Jurisdictionis Ecclesiasticę
suspitionẽ fugat, vt Inspecie tradit
Carolus de grassal: lib: 2. Regalium fran:
Ju:: 17. in fin:

19 Quę obseruantia subsequuta tollit omne
dubiũ super veritate contextus, et con-
firmat Illũ intellectum, et textũ, cui

conformis est ipsa obseruantia secundũ, Aym: Crauet: cons.° 10. n.° 9. cons.° 101. n.° 3.° cons.° 201. n.° 11. cons.° 277. col. 4. Infi: Hyppol: Riminal: cons.° 18. n.° 49. lib: p.° Fran: Betius cons.° 101. maxime quando est antiquissima Menochius cons.° 21. n.° 15. cons.° 31. n.° 44. lib: p.° cons.° 156. n.° 28. cons.° 192. n.° 12. lib: 2. debemus enim sequi sensũ, et Intellectũ verborum dubiorũ, qui, à, cõmuni consuetudine sit approbatus etiã impropriando verba, vt inquit Butrius in c.° cũ dilectus de Consuetudine, quẽ refert, et sequitur Socc: in pluribus locis, quos refert Tiber: Decianus cons.° 124. n.° 30. lib: 3.° vbi post Socc: cons.° 145. col. 2. in p.° plus dicit standũ esse interpretationi, quã tribuit Consuetudo licẽt postea appareret nõ bona, et talis interpretatio nõ dicetur noua, sed dicetur eadẽ dispositio, tradunt etiam Doctores, q̃ interpretatio recepta ab-

obseruantia subsequuta preferetur cõmu-
ni opinioni, et interpretationi, vt post
alios voluit Socc: cons.° 120. col. pen:
in fin: lib: 4. quinimò preferetur etiã veri-
tati, quia si talis interpretatio appa-
reret falsa tamen ei standũ est, vt
tradit Abb: in c. cũ dilectus n.° 7. de
consue: igitur non potest dici q Roge-
rius, à, Sede Romana nõ fuit factus
legatus natus, quia hoc tunc demum
posset allegari, quando nullũ omninò
Priuilegium extaret de collatione hu-
iusmodi muneris legationis, Sed si
16 extaret Priuilegiũ etiã sub illis ver-
bis, quę ex aduerso asserunt cũ obser-
uantia subsequuta sufficeret pro de-
fendenda Regia Monarchia, quanto ma-
gis cũ adsit verus contextus Priuilegij
continens collationẽ dispositiuã talis
dignitatis, in qua nullum verbũ obscu-
rum existit.

17. Hanc

17. Hanc veritatē contextus, et obseruatiam Illi conformē subsequutā probat Historia Maurolitij Abbatis in libro Sicanię historię 3. car: 98. vbi ait Rogeriū Comitē Romanę semper Ecclesię officiosissimū. Nemo non Pontificū sūmopere dilexit hunc Vrbanus Pontifex 2.us Salerni conueniens reuocato Roberto Trayanensiū Episcopo, quē in Siciliā legatū destinarat, cū esset et legatio Inutilis Pontifici et Rogerio ingrata, Rogeriū ipsū in Sicilia, et Calabria Pontificiū vicariū atq; legatū creauit pręsulibus Jura daturū, eosq; Insinodum conuocaturū. Constitit hoc per decretum dicti Pontificis Salerni datū v.o Julij 1098. ano Pontificatus .11. hęc Ille ex quibus omnibus satisclarissimè constat de resolutione Primi dubij, nunc secundū dubiū aggrediamur. ⁊.

18 Secundū dubiū est, quod asseritur Bullam Vrbani Pontificis, qua nituntur Reges Sicilię non esse verā propterea q; nunq; Papa Vrbanus Salernū accessit, vt data Bullę ostendit. ⁊.

Ad hoc dubiũ ventũ est magno cũ misterio.
Nam cũ supposito Priuilegio Vrbani etiam
sub illis verbis, quæ mendosa in aliquibus
exemplis existunt Data deinde antiqui-
sima obseruantia interpretatiua sufficiat
Regibus Siciliæ ad eã dignitatẽ canonicè
obtinendã, Ideo itũ est ad Principia dene-
ganda scilicet q̃ non est verũ eiusmodi
Priuilegiũ, Illudq̃ falsũ esse pretenditur
per negatiuã vagã nõ cohartatã loco, et
tempore, non enim audio ex dubito trans-
misso, q̃ sit aliter allegatũ, aut proba-
tum tempore datę Priuilegij Vrbanũ
nõ fuisse Salerni, Et nihilominus auc-
toritate plurimorũ historicorũ constat
Vrbanũ fuisse Salerni, Idq̃ conue-
nisse Rogeriũ, et ad eius gratiã reuocas-
se Robertũ Trajanensiũ Episcopũ lega-
tũ in Siciliã missũ, et dedisse ipsi
Rogerio Priuilegiũ Pontificiæ legatio-
nis, vt ex Maurolitio loco precitato cõ-
stat, et Fasello lib: 7.º posterioris Deca-
dis de Rebus Siculis c.º 5.º in fine tametsi

ibidem exemplū Bullę mendosū referatur,
Idq̄ nō solū historici Siculi, sed etiā exteri
inter quos Joannes Laurentius de Anania
in sua Cosmografia in primo tractatu fo: 112.
tradit eiusmodi Monarchię concessionē, à
Sede Apostolica factā Normānis, qui
Siciliam Tricentis annis seruitute sara-
cenorū oppressā liberauerunt, Platina,
etiā Sabellica Æneade 9. lib: 3. fo: 353.
et alij scriptores Dū de Vrbano 2°. agūt
eū sūmis laudibus extollunt, in Melphi
ne quid ab henrico pateretur apud Nor-
mānos esseq̄ Romę maluisse, Ibiq̄
duo concilia habuisse Salernū igitur ve-
risimiliter accedere potuit propter loci
vicinitatē: nec desunt causę, quibus
Pontifex moueri debuerit ad concedendum
Rogerio legationis Priuilegiū, atq̄ aliud
quodcūq̄ multo maius quandoquidē fertur
Vrbanū tanto studio, et amore ergà Roge-
riū affectū fuisse ob celebritatē gestorū
et famę ipsius, vt vltro in Siciliā vene-
rit, et Roynā ad visendū Rogeriū adierit,

cuius Aduentu percepto Rogerius soluta obsidione Vrbis, obuiam Vrbano occurrit eúq; adorauit, cúq; plurima inter se egissent recedenti Vrbano plurima dedit munera, vt testantur Fasellus de rebus siculis posterior: Decad: lib: 7.° c.° p.° in fin: fo: 439. et Joanes Baptista Carrafa in historia Regni Neapolis lib: 3.° fo: 53. Vrbanú quoq; venisse in Siciliá in áno 1097. Testatur Carolus Sigonius lib: 9. historiarq; de Regno Italiæ fo: 384.

20. Accidit q̃ nó potest tractari de veritate scripturæ, vel Priuilegij data eius obseruantia per quadringentos octuaginta ános, quoniá ex diuturna facti obseruantia debet Judicari autenticú. Alex: Cons.° 187. lib: 7.° Bar: in extrauaganti qui sint rebelles in vltima Glos: Geminia: Cons.° 15. Na Talis obseruantia

21. habet vim testiú receptorú super veritate facti; quando scriptura non apparet authentica Cyn: in Alleg: sus

Post Bal: cons.° 400. lib: 4. Crauet: de antiq: tempo: par: 1. §. 4. limitatur. n.° 15. et 16. et maximè quando eius vigore pluries fuit Judicatu Bal: cons.° 402. lib: 5. Jas: cons. 161. lib: p.° Paris cons.° 104. n.° 53. 54. lib: p.° Crauet: in precitato loco. n.° 17. et in sitis tàm difficilis probationis sufficit, q authenticatio fiat per Coniecturas, et Judicia, vt tradi: tur cómuniter per doctores in l. si quis ex argentarijs §. fin: et ibi Jas: col: pen: ff: de eden: ac etiam sufficiunt presumptiones Bal: in Auth: quas actiones C. de sacro: Eccles: quia in his lex contentatur de illa authenticatione, que haberi potest l. non omnes §. à Barbaris ff: de re milita:

22. Tertiu dubiu est, q posito q sit vera Bulla Vrbani tamen non extenditur vltra Comi: tem Rogeriu, et eius filiu Simone, et aliu heredem, quia cu sit Priuilegiu non debet extendi.

23. Contrariu tamen omnino dicendu, et tenendum est, primo quia regulariter heres heredis com: prehenditur appellatione heredis, vt apertè

constat ex l. sciendū ff. de verbo: significa:
cuius verba sunt, sciendum est heredē etiā
per multas successiones accipi, Nā paucis
speciebus heredis appellatio proximū continet,
et confestim subiungit quedā exempla, —
que casui nostro minimè possunt accōmodari,
Idq̄z etiā traditur in l. heredis appellatio
de verb: signif: cuius verba sunt here-
dis appellatio nō solū ad proximū heredem, —
sed etiā ad vlteriores heredes refertur:
Nam heredis heres, et deinceps heredis ap-
pellatione continetur, et dicit tex: in l.
heredis appellatione eo: tit.° heredis appel-
latione omnes significari successores creden-
dum est, et si verbis nō sint expressi ad
Idem tex: in l. qui per successionē ff. de
regu: Iur: vbi appellatione heredis omnes
in infinitū id est nō solū primos, sed etiā
vlteriores, et per multas successiones recipi,
24. que regu: in materia transmissibili omnes
vlteriores comprehendit secundū Bar: in
l. Gallus §. etiā si parente de liber: et
posthum: et procedit etiā in his, que sunt
stricti iuris, vt ostendit Aret:, et alij in

l. paterfamilias ff. de vulg: et pupill: et latè probat Tiracq: in trac: de retra: conuen: §. p.º Glos: 6. n.º 22. ⁊.

25. Quinimò heres heredis proprie heres etiã dicitur in ea dispositione, quę stricta habet interpretationẽ, vt latè probat Tiraq: in tract: le mort: saysit: leuif: in 5.ª declaratione 2.ę part: n.º 11. et id procedit ex propria significatione verè, et proprie non autẽ fictè, et inproprie, vt constat ex dictis Glos: in d. l. heredis appellatione de verb: signif: Bal: in l. fin: C. de hered: Institu:, et per Alcia: in l. heredis appellatio, et cons.º 600. n.º 3.º P. peralta in l. heredem n.º 38. ff. de leg: 2. Menochi: cons.º 89. n.º 128. et latissimè probat Bellonus supputationũ lib: 4.º c.º 16. n.º 4.º et 5.º quod dicit procedere in materia stricta pœnali, condictionali, de dando heredi, cõsuetudinis, ac renunciationis, et hanc esse cõmunem opinionẽ nouissimè testatur Jo: Cefalus cons.º 499. n.º 21. lib: 4. ⁊.

26. Secundo, quia huiusmodi legationis concessio
fuit ob merita magni Rogerij, vnde latissimè
est interpretanda, vt nouissimè post mul-
tos tradit Tiberius Decianus cons.° 51. n.° 27.
lib: 3.° et per Consequens de omnibus heredibus
intelligenda, vt gratia meritis correspon-
deat, sicut dicimus q̃ licèt Priuilegia, quę
suaptè natura solent esse personalia, vt
27. notatur in l. Priuilegia, et in l. in omnibus
causis de Regu: Jur: et c. Priuilegiũ eo: tit.°
lib: 6. et quę item aliàs sunt strictè in-
terpretanda Bar: in l. fin: ff. de Constitu:
Prin: Abb: in c. olim de Verbo: signifi: ta-
men si fuerint concessa alicui ob beneme-
rita transeunt ad heredes Fulgo: cons.°
225. per totũ, quõ sequitur Cagnolus in
l. in omnibus. n.° 4. de regu: Jur: Et
Nicolaus Moronus in tract: de fide Reug:
et pace. q. 63. et si causa remunerationis
requirit cõmensurationẽ perpetuã tunc
talis causa facit, vt ad heredes trans-
mittatur, quę aliàs nõ transiret Nico-
laus de mat: et Bal: in l. generaliter
C. de Epis: et cler: Paul: de Castr: in l. si mihi,

et tibi de lega: p.° Socci: cons.° 84. lib: 3. et Bal:
in c.° p.° 8. fin: de his, qui feud: dar: possunt no-
28 tat ex illo tex: q.° propter magnitudinem servi-
tij inducitur perpetuitas beneficij allegat tex:
in l. Aquilius Regulus, et in l. si pater ff. de
Dona: et Bal: sequitur Gregor: Lopes in l.
4. tit.° 27. par: 2.ª, et nouissimè Melchi-
or mezer in tract: maioratus. 4. part:
q. p.° limit: 3.ª in fi: et videtur naturali
æquitati conueniens, vt in isto casu perpe-
tua retributio fiat benemerenti, saltim
vt alij exemplo perpetuæ gratiæ maiora
aggrediantur, quæ in rei publicæ cómodú
cedere possunt: Nam scimus Romanos,
et Antiquiores magna premia benemeren-
tibus statuisse, vt alij egregiorum facto-
rum æmulatione animosiores redderentur:
Causa etenim est sufficiens, vt contrac-
tus, qui aliàs de natura nõ transit ad he-
redes, transeat ad heredes, Nicolaus de
Neapol: Ja: de belvis: et Aluarot: in
c.° p.° in prin: qui feud: dar: possunt, et Ardi:
29.

in c. ex parte. g. 3. de feud: voluit q licet
feud: nõ transeat ad heredes, vel filias
feminas, tamen fallit quando est conces-
sũ ex causa remunerationis, vnde dicitur
etiã q si fuerit concessũ Priuilegiũ cuipiam
et eius filijs ob suos benemerita haud dubiè
intelligitur de nepotibus, Ita Bal: cons. 303.
ad euidentiã premittendũ est col. 2. lib: f. quẽ
sequitur Ziraq: in repet: l. si vnqua in
verbo donatione largitus. n. 55. vers. 35. de
reuocand: donat: dicit quoq; Bal: cons. 355.
30. premittendũ est lib: f. q Immunitas concessa
propter Amore, et honore paternũ transire
debet ad filios, quia censetur data ob glo-
riam, et memoriã patris dicendũ est igitur
merita Rogerij fecisse Priuilegiũ transito-
riũ ad heredes in Infinitũ.

Tertio quia verba Bullę sunt concepta ne-
gatiuè, vt patet Ibi nullũ interpotesta-
tis vel legatũ Romanę Ecclesię statue-
31. mus, quę verba prohibitiuè, siuè negatiuè
concepta non solũ de primo actu, sed et
infinitũ intelliguntur per multa Iura, et

Decisiones, quas ad hoc congerit Fernandus Vasquius lib: 1º controuers: Vsufreq: c. 30. nº 15. et 16. ⁊.

Vltimo quia à Dicto tempore concessionis Bullæ Vrbani hucusq; ità semper fuit obseruatũ, vt intelligatur de omnibus hæredibus per-
32. petuo, et in infinitũ, quæ obseruantia subse-quuta declarat, atq; interpretatur mentẽ sũmi Pontificis rescribentis, vel statuẽtis c. cũ dilectus, vbi Butrius, et alij de con-suetudine, et est bonus tex: in c. cũ ve-nissent de institutio: vbi concessio præsumi-
33. tur realis, quia vt realis fuerat obser-uata, et possessa secundũ Butriũ, et Imol: ibi sequitur Marc: Anto: Natta cons. 406. nº 28. Hyppo: Riminal: cons. 213. nº 37. lib: 2º. ad Idem tex: In l. 4. titº 33. par:
34 7ª, vbi antiqua consuetudo certo modo intel-ligens verba Priuilegij dubia eius decla-
35 rat, quæ obseruantia præsumitur ex causa et titº Illius Priuilegij l. quædã mulier ff.
36 de reiuend: et præfertur omni alij Interpre-

tationi Bar: in l. de quibus col. 4. ff. de leg: l. minimè, et l. si de interpretatione ff. de leg: et licèt ad inducendu consuetudine interpretatiua lapsus decenij sufficiat, vt ex multis nouissimè tradit Ludouicus Molina in tract: de hispanorũ primogenitis lib: 2. c.º 6. n.º 58. tamen hic adest antiquissima consuetudo, et obseruantia excedens quingentos annos quę tollit omnè dubitationè, et inducit veritatè, qo transiuerit priuilegiũ ad heredes, vt post multos tradit nouissimè Riberius Decianus cons.º 124. n.º 27. cũ pluribus sequentibus lib. 3.º

37. Addo huiusmodi obseruantia legationis in omnibus heredibus, et successoribus fuisse subsequuta cũ scientia, et tollerantia tot sũmorũ Pontificũ, scientia enim, et patientia eius, qui scit, et patitur ita obseruari lon-
38. go tempore declarationè inducit l. cũ post de iure dotiũ l. si filius ff. de pet: hered: Roma: cons.º 271. Grego: lopes in l. 13. tit.º 13. part: 2.ª Fran: Betius cons.º 6. n.º 15. et
39 consuetudo tenaciter obseruata habet vim

Justitiæ, dat Jurisdictionē, et mandatū, vt
tradit Grego: lopes in præcitato loco post
Bal: in c.° p.° de his, qui feud: dar: possunt
et plures nouissimè refert Franc.° Pegna his-
panus de Auctoritate extrauagantis fo: 124.

Ex quibus patet esse satis clarissimū huius-
modi legationis officiū ad hæredes fuisse
transmissibile tū ex regu: generali tum ex
meritis, tum ex verbis, tū etiā ex obseruatia
subsequuta per tempus satis immemoriale.

Sed vt magis veritas elucescat diluamus Id,
quod de natura Priuilegij ex aduersò præsuppo-
nitur ad hæredes non porrigi, et primo q̄ regu-
la .l. boues .§. hoc sermone ff. de verbo: si-
gnifi: videlicet verba promittentis, aut con-
40. cedentis non Comprehendere nisi primum,
actum ex qua desumitur q̄ Priuilegium
concessū tibi, et hæredi intelligi debet de
primo hærede, procedit in Priuilegio contra Jus
cōmune, vt declarat Tiracq: in tract: le mort:
41. saysit leuif: in 5.ª dedi: 2.ª par: n.° 6. hu-
iusmodi autē Priuilegiū legationis nō est con-

42. trà Jus cōmune, quia legati nati de Jure sunt perpetui, et officiū transit cū dignitate Regia quę perpetua est. C. quoniam Abb: de officio deleg: vnde Archiepis: Canturiensis, et Eboracensis in Anglia remensis in francia, et Archiepis: Pisanus in Italia cū primū Archiepiscopi facti sunt, etiā legati esse dicuntur, vt not: per Docto: maximè Franc: in c.° p.° de offic: lega: et In Regno Francię extāt conuentiones, quas appellant concordata inter Regē Franciscū Valesiū, et leonē decimū Pontificem maximū, quę cōmentantur, à, Petr: rebuf: Doctore Juris, et praxis Callentissimo. Cū ergò in Ecclesia Catholica fuerint, et sint multi legati nati, qui habent Jurisdictionē perpetuā per tex: in c. 1. et 2. de offic: lega: lib: 6. et tradit Glos: in c.° quò ad Translationē de offic: lega: et natura legationis in huiusmodi legatis — natis est transitoria ad habentes Illā dignitatem, et nō finitur morte legati, vt notatur in c. pręsenti §. finitur de offic: legat: lib: 6. et tenet Gondissaluus, à,

43. villadego in tract: de leg: q. 16. n°. 11. Ideoq;
concessio, et Priuilegiu intelligi debet secundu
naturá materie subiecte super qua fit. l. si
vno ff. loci: et per consequens, q; transeat ad
heredes, et successores habentes Regiá digni-
tate, secundo Regulá d. §. hoc sermone
44. intelligimus in dispositione nimis onerosa,
aut odiosa, vt etiá Intelligit Doctissimus
Martinus Nauarrus in c. placuit. n°. 68. de
penit: distin: 6. et in Apologia de redditi-
bus. q. 3. monito. q. n°. 3. cuius qualitatis
45. non est Priuilegiu hoc legationis. Tertio
q; Illa regula non habet locu quando
per primu actum intentioni concedentis, vel
promittentis minime satisfit, vt pulchre
annotauit Felij: in c. sicut de treug: et
pac: in. q. Fallent: et tradit Deacq: in
46. d. §. hoc sermone limi: 61. Sed satis pre-
sumendum est vrbanu Pontifice grandia
seruitia noluisse recompensare cu Priuilegio
— Temporaneo, de quo statim fama prorsus
fuisset extincta. Quarto q; dicta Regula
47. non habet locu quando causa, et ratio-

quibus est concessū Priuilegiū durat post pri-
mū actū secundū ludouicum Roma: cons.° 504.
felyn: in pręcitato loco sal: 4. et Tiracq:
limit: x.ª quę in nostro casu durant quā-
48. doquidem causa, et ratio concessionis fuit ne
regnicolę extraherentur, à, Regno, et coge-
rentur transmare litigare maximis sūp-
tibus, periculis, et laboribus in omni lite
et causa modicę sūmę, quod hodie eueni-
ret in omni prorsus negotio etiā minimo
ob proteruā siculorū obstinationē in di-
latando, et Calūnias proponendo ad Impe-
49 diendas rerū restitutiones. Quinto q̄ illa
regula locū nō habet quando contra-
riū æquitas suadet, vt ait Salicetus
in l. Dotis prouisio ff: de Iure Dotium,
quę in hoc casu Euidens est attenta
concedentis persona, et fine, propter
quē fuit concessa legationis potestās,
et natura actus concessi.

50 Hec censetur electa Industria personę,
cū in concessione fiat mentio hęredū, Nam
qualis

qualis conditionis debeat esse futurus
heres ignoratur, vt notabiliter dixit
Cyn: in l. quisquis C. de Episcop: et Cler:
vbi ait q̃ in quacũq̃ dispositione vbi
fit mentio de herede ibi nunq̃ cense-
tur electa Industria persone, et Cyn:
sequitur Ibi Bal: ⁊

51 Ex quo etiã sequitur Istã concessionẽ
Vrbani non fuisse personalẽ, et in
dubio presumi debet realis, sicut de
Priuilegio traditur, quod in dubio
presumitur reale non personale se-
cundũ Glos: in sũma. 25. q. 2. cui
similis est alia Juncto tex: in l.
forma. §. quamq̃ ff. de censib: et
tradit post alios Tiracq: in tract:
de primogen: q. 40. nº. 72. fo: 282.
Idem tenet Bar: in l. fin: ff. de seruitu:
lega: Bal: in l. apud Julianũ §. si quis
alicui ff. de leg: pº. Imol: et Mod: in l.
quia tale ff. soluto matr: latè Decius

cons.° 51. n.° 2. Alex: et Apostilla ad eũ, quę allegat Concordantes cons.° 193. n.° 3. lib: 2.° — et probatur ex Doctrina Bar: in l. pater in fin: ff. de seruitu: lega: vbi si Princeps.

52. concedit alicui Jurisdictionẽ in aliquo Castro in dubio talis concessio pręsumitur realis, et transit ad hęredes, quia talis Interpręs-tatio est fauorabilis, et Ideo in beneficijs — capienda l. fin: vbi Bar: ff. de Constitu: Prin: Specul: In c.° de Instrum: ædictio. §. nunc autem vers.° si autem Dubiũ, et cum Bar: transeunt Moderni in d. l. fin: ⁊

53. Quartũ dubiũ est q̃ vsus eiusmodi Juris-dictionis, et auctoritatis legati nati per suã M.tem eiusq̃ Prędecessores non dat ei Jus aliquod, Cũ non habuerint bonum titulũ, Et propterea cessat prescriptio pręsertim eiusmodi rerũ, et dignitatis tantę pręeminentię, et q̃ semper fuit interrupta. ⁊

Respondetur q̃ à magno Illo Rogerio

hucusq; continuatis temporibus semper Re-
ges Siciliæ Legationis Priuilegio vsi sunt
omniaq; ad potestatē legati pertinentia
exercuisse constat, Qui vsus cū accedat
54. ad quingentos ānos, et sit tanti temporis, q
memoriā hominū excedat æquipollet con-
cessioni, et priuilegio secundū Jo: Mona: in
c.° 2.° de preben: per tex: in c. super quibusdā
§. preterea de verb: signif: l. hoc Jure §.
ductus aquæ ff: de aqua quotidiana, et ex-
tiua c. vnico de prescrip: lib: 6. etiā in his
quę sunt Principi reseruata Jas: in l. de
quibus ff: de legi: Alex: cons.° 35. lib. 2.°
Abb: cons.° 20. lib: p.° et esse cōmunē te-
statur Jo: Igneus in repet: §. nō aliâs
n.° 990. Imo Interuemente dicto vsu tan-
ti temporis non est necessaria aliqua
55. tit.i allegatio probato tali tempore im-
memoriali secundū Alex: cons.° 6. lib: p.°
hostic: in c.° super quibusdā de verb: si-
gnif: Ancha: in c.° 1. de prescrip: Jas: in l.
56. si certis ānis col. fin: vers.° 10. limita: C

de pactis, nec requiritur scientia eius contra
quem prescribitur Jas: in l. Imperium ff. de Jurisd:
omn: Jud: et esse comunem testatur Alex:
cons.° 6. lib: p.°, et comunem quoque testatur
Igneus in precitato loco n.° 987. et Paris
in c. de quarta n.° 29. de prescrip: Dida-
cus Couarr: in Regu: possessor: 2.ª par: in
initio. n.° 8. Antonius Padilla in l. si
quas actiones. n.° 52. C. de seruitu: et aqua
57. imo aduersus dictum Priuilegium presumptum
ex vsu tanti temporis non admittitur
probatio in contrarium Feli: in c. cum, à, nobis
col. 3. de prescrip: vnde si Laycus probet
possedisse Decimas tempore Immemoriali
censetur probatum eas acquisiuisse ante con-
silium lateranense Abb: in c. cum apostolica
n.° 12. de his, que fiunt, à prelatis Imol:
et Fely: n.° 4. in c. causaque de prescrip:
Balb: de prescrip: par: 5. prin: q. 7. Didac:
Couarr: lib: p.° Variar: resolu: c.° 17. n.° 5.

Non obstat quod vsus, et consuetudo non
potest dare Laycis Jurisdictionem, et Ani-

58. maduersionē in clericos, quia imò dicimus
q̄ sicut Jurisdictio clericorū potest queri
layco per Priuilegiū sūmi Pontificis, vt infrà
clarissime ostendā, Ita et consuetudine —
Cū hæc æquiparentur quò ad vim, et effec-
tum. c. nouit de Jud: Inno: in c. cū in apo-
stolica de Simon: et latissimè probat Pet:
Bellu: in Specul: Prin: in tit°. de proposi:
Graua: §. Videndū Rub: xj. fol: 38. vbi
rationibus pluribus confirmat Reges
59. Aragonū consuetudine potuisse querere
Jurisdictionē in clericos, et personas Ec-
clesiasticas, quē Rogo videri pro tuenda
huiusmodi vetustissima consuetudine,
Et hæc opinio sine Dubio procedit in Consu-
etudine particulari in quibusdā casibus,
et Causis, vt resoluit Julius clarus in
prat: Crim: q. 36. vers°. Sed ea re-
tenta, qui testatur in pluribus locis
ita seruari. /.

Non obstat q̄ hic constat de tit°. vi-
tioso, et propterea cessat prescrip: quia —

licet posset hoc manifestissimè negari cum
appareat de tit.° legitimo, et satis valido
per ea, quæ latè deduxi, tamen si ti-
60. tulus in dubium revocaretur ex hoc tit.°
illegitimo ex errore Juris causato In-
ducitur mala fides præsumpta, quæ nõ
tollit immemoriale præscriptionem secun-
dum receptam Doctorum opinionem, de qua
per Rubeum Alex.mum cons.° 75. n.° 4. quam
etiam tenent plures scribentes, quos re-
fert Aym: Cravet: de Antiq: tempo: 4.
par: c. Materia. n.° 7. Didac: Covarr: in
regu: possessor: de regu: Jur: lib: 6. par:
2.ª §. 7.° n.° 9. Fernand: Vasquius lib: 2.°
Controvers: Illustr: c. 81. n.° 11. & omnium
latissimè Ludovicus Molina Hispanus in
tracta: de Hispanorum primoge: lib: 2.° c.° 6.
n.° 68. quæ opinio procedit, et est con-
61. tra omnem difficultatem quando titulus
qui profertur nõ est omnino, à Jure
reprobatus, sed talis, cui nec Jus
assistit, nec resistit, quò casu nõ inua-

lidat nec elidit Jmmemoriale temporis pre-
scriptione, vt Doctissimè resoluit Ludovi-
cus Molina in precitato loco ergò tanto
magis procedere debet in casu, de quo agi-
tur, in quo semper Reges vti sunt le-
gationis Jurisdictione publice, et palà
scientibus, et tollerantibus summis Ponti-
ficibus, Jdq; siuè ex Priuilegio Vrbani
siuè ex fama Priuilegij, à summis Ponti-
ficibus concessi, de qua etiam testatur Abb.
noster Panhormitanus, qui fuit lumen
Juris Canonici in quadam sententia per
eum lata in Regia Monarchia tempore
Regis Alfonsi.

Nec dicatur, hæc omnia procedere data
capacitate possidentis, et vtentis Juris-
dictione, quia hoc non habet locum quà-
62. do cum tali Jmmemoriali possessione con-
currit fama Priuilegij; Nam tunc ne
propter difficultatem probandi rem tam
antiquam pereat Jus partis pro Priuilegio

præsumitur non obstante incapacitate possidentis, Ita Joan: de Imol: et Zabar: in c.° cū apostolica, de his, quę fiunt, à, Prelatis Domi: in c. 2. §. sane de Decim: lib. 6. et fely: in c.° causā, quę col: p.ª de prescriptione, Aufrer: in tracta: de potesta: Secul: super Ecclesi: perso: reg: p.ª n.° 20. et Reg: 2. n.° 25. Carolus de Grassalius in tract: Regal: Franc: lib: 2.° Jur: 17. fo: 302. Arnulfus Ruzeus in tract: Juris regaliorū Priuileg: 55. in fin: et nouissime D. Amodeus à ponte in questione quis sit Judex in causa feudali post questiones laudemiales fol: 69. vbi refert in causa Toletana

63. Corā Domino Fabio Accorambono in Rota fuisse decisū Laycū esse capacē Jurisdictionis spiritualis presupposito exercitio Immemorialis temporis, et fama Priuilegij.

Et cūdicta fama Priuilegij concurrit scientia tot sūmorum Pontificū, quia vulgatas, et notorias consuetudines Papam scire presumitur tamen Bal: in l. 2. C. quę

sit longa consuetudo, et in Rubrica de Consue:
Recti feudi, et tollerantia cũ taciturni:
65. tate inducit consensũ Inno: in c. Illud
de presump: Card: in c. requisisti de testi:
bus inducit etiã dispensationẽ Abb: in c.
clerici de vita, et honestate Clericorũ Jo: de
Silua in tract: de bene: 3. par: q. x.ª et suf:
66. ficere tacitũ consensũ Sũmi Pontificis in
terminis nostris tradit Petr: Belluc: in
Specul: Princ: in tit.º de propos: Graua:
Rub: xj.ª §. videndũ fol: 39. Facit quod
tradunt Oldrad: cons.º 253. et Abb: in
c. quia circà de consilio, et Affinita:, et
in c. p.º de treug: et pac: ff. vbi dicunt
67. esse regulam generalem, q̃ Consuetudo no:
ta ei, qui priuilegiare potest equipollet
Priuilegio, vnde vsus, et exercitiũ Imme:
moriale dictę Jurisdictionis tribuit Jus
firmũ, et Validum.

68. De Interruptione autẽ huiusmodi Jurisdic:
tionis, Consuetudinis, vsus, et obseruan:
tia, quę ex aduersò allegatur mihi satis

nō constat, quinimò dicimus omnes Reges
eā absq; aliqua contradictione exercu-
isse, et exercere, quod manifestè ostendi
potest ex Registris annalibus, in quibus
videntur innumerabiles processus inter-
loquutoriæ sententiæ, ac q; plura acta
ad Regiam Monarchiā pertinentia.

Et Addo amplius Paulū tertiū Pontificē
maximū, quandoq; causas remisisse
ad Regiā Monarchiā prout ostenditur
in causa cuiusdā Canonicatus Ecclesiæ
Panhormitanæ, quæ cū in Regia Mo-
narchia fuisset ventilata, et In ea Don
Paulus de Soris obtinuisset ad Instan-
tiā Clerici Antonij Cardella Aduersarij
nō facta mentione status causæ à
Sūmo Pontifice cōmissionē obtinuit, quod
sentiens Sorius Sūmo Pontifici rei veri-
tatē exposuit, causamq; per Regiā
Monarchiā decisā, ac terminatā fuisse
asseruit, et Sūmus Pontifex de Veritate

causę Informatus remisit causā Judicibus Regię Monarchię Constant hæc ex breui Romę obtento ad Instantiā dicti don Pauli desoris expedito sub anulo Piscatoris die xvij°. Aprilis 1544. exequutoriato in hoc Regno 17°. Junij Eodem anno ex quo nō solum apparet Consuetudinē nō fuisse interruptā verū etiam legitimè confirmatā. ⁊

69. Nec pręsumendū est sūmos Pontifices voluisse interrumpere, et reuocare dictum Legationis Priuilegiū per Clausulas generales in pręiudicium tertij per Regu: Cancellarię sub rub: de non tollen: Jus quęsit: quā refert Guid: Panzerolus cons°. 12. n°. 15. et 16. ⁊

70. Tum quia Priuilegia obmerita concessa nūq̄ in dubio censentur reuocata Mohedanus decis: 350. concessū fuit Priuilegiū Bursatus Cons°. 16. n°. 57., et q̄ in reuocationibus adsint verba generalia, et geminata Quintilianus Mandosius in Regula Cancellarię xj.ª de reuoca: q. 13. n°. 6. quē sequitur Bursat: d. Cons°. 16. quibus addo Bertran:

71. cons. 154. n. 6. et 8. lib: 3. qui ait nõ suffi-
cere clausulã non obstantibus Priuilegijs,
que sequitur Nicol: Moronus in tract: de
fide Treug: et pac: par: 1. q. 63. et inter-
minis Roman: cons. 436. n. 14. que sequi-
tur Tiberius Decian: cons: 51. n. 28. lib:
3. et clarissimè illud sensit Doctissimus
Nauarrus dũ loquitur de Priuilegijs Regis
Francorũ in suo Manuali confessorũ
latinitate Romę Donato. c. 27. n. 7.
72. et facit illud, quod tradit Guid: Pape:
Decis: p. 53. Martinũ Papã declaras-
se ad instantiã Caroli Regis Francorũ
se per illã sanctionẽ, per quã gra-
ues pœnas statuit aduersus clericos
quoquomodo conuentos, velse conue-
niri patientes coram Judicibus secula-
ribus nõ intellexisse de casibus, in
quibus Rex, à tempore immemoriali
inter clericos cognoscebat, quod à
fortiori probat opinionẽ nostrã: Na
si Summus Pontifex noluit per verba

generalia intelligi reuocatā consuetudi-
nē, in qua fundabat se Rex Franciæ in
cognoscendo clericos in certis casibus, —
multo magis nō censetur voluisse tollere
expressa Priuilegia, hanc rationē ex Guid:
Pape: adducit Doctissimus Nauarrus in c. —
cū contingat in p.º remedio col: pen: fol:
152. de rescriptis, et prędictā Bullā Mar-
tini Pontificis adducūt Jo: Ferald: in tract:
de Juribus, et Priuilegijs Regni Franc: Priuileg:
xj.º Rebuf: in tit.º de causis benefi: posses:
art: 8. Glos: 2.ª Amodeus à ponte in tract:
qui sint Judices in causa feudali post quest:
laudemiales fol: 69. ~

73. Tū etiā quia Priuilegia remunerationis causa
concessa nō debent reuocari, vt in specie
tradunt Doctores loquentes de Priuilegijs
Regis Francorū, inter quos pulchrè loqui-
tur Carolus de Grassalius in tract: Regal:
Franc: lib: 2. Jur: 4. fol: 246. Petr: —
Rebuf: in concordatis Franciæ inter leo-
nem x.um et Regē Francorū in Rub: de

Colla: fo: 241. et ex Italis Quintilianus Mandosius In Reg: Cancell: xj. de reuoca: q. 13. n.° 7.°
Ideoq; cū Rex Dn̄s meus eiusq; Proreges Jam diu fuerint, et sint in possessione Judicandi in causis Ecclesiasticis, et contra clericos procedendi in tali possessione sunt conseruandi, vt Interminis Istis tenent Aufrer: in Clem: p.ª de off: ord: in p.ª Reg: in. 12. 13. 14. et 15. fallent: et pulchrè Tiberius Decian: cons.° 82. in fin: lib: 2.° facit quod notat eleganter Jo: de Imol:
74. in c.° 2.° de prebendis lib: 6. Dicens q tale Jus possunt pretendere Reges, et ex quo potest eis concedi, et quia esset scandalum in Auferendo tale Jus debet Regibus relinqui, sequitur Petrus Belluca, qui loquitur de Rege Aragonū in Specul: Prin: Rub: xj.ª §. videndū. n.° 17.° fo: 39. ;

75. Quintū dubiū q posito Regē Siciliē habere dignitatē legati nati non potest eius Prorex Siciliē esse legatus natus cū sit merè Laycus et nō potest subdelegare tali personę incapaci. ;

Pro resolutione presentis difficultatis presuppo-
nendu est Rege Sicilie, no esse mere laycum,
quia vngitur, et cōnumeratur inter quatuor Re-
ges, qui vnguntur, vt habetur in lib: censuali
Romane Ecclesie secundu Albericu de rosa
in Rub: de stat: hom: et Cassa: in Catha: Glor:
Mund: 5ª par: considera: 31. vers.º et aduerte.
fo: 128. ¶ Quinimo licet Rex Sicilie esset
merus Laycus, nihilominus verissima et Indubi-
tata conclusio est. Sumum Pontificem posse
mero Layco cōmittere causas spirituales, et
Ecclesiasticas, etiā Criminales Clericorum
vt voluit Glos: in c.º 2.º de Jud: et in c.º bene
quidem vers.º preter 36. distint: quam Glos:
totus Mundus sequitur, vt dixit August:
Berous. q. 7. que refert, et sequitur Julius
Clarus in prat: Crimi: q. 41. vers.º Sed
quid dicendu Idem voluit Glos: in c.º
p.º in verbo precipimus. 94. distin: et in
verbo Ducibus, quā Doctores cōmuniter
sequuntur, vbi dixit Papā Concedere
posse Layco potestatē excōmunicandi
propter plenitudinē potestatis, quam

Papa in spiritualibus, et Ecclesiasticis causis habet sicuti etiam voluit Glos: in c. causam de prescript: quę ait Papam posse concedere laico Jus decimandi, quod est quid spirituale, et ista est comunis opinio, vt nouissimè traditur per Gul: Rodeanu in tract: de reb: Eccles: ad alienan: q. 8. in tit. Decimarum infeudatione in fin: post Petrum Rebuf: in tract: de Decimis. q. 13. n. 10. Didac: Couarr: lib. 5. Variar: resolut: c. 16. et Petrum Belluga in speculo Princ: in Rub: de Decimis. n. 24. qui refert Papam dedisse Decimas Regibus Hispaniarum, et Aragonum Illarum Terrarum, quę a manibus Sarracenorum euellerentur, et etiam Donationem per multa valere firmat; quod Priuilegium ab Vrbano secundo Pontifice, Petro tertio Regi Aragonum concessum, legitur apud Lucium Marineum Siculum de Aragonei Regibus fol: 8. potest etiam Summus Pontifex dare potestatem conferendi Beneficia Glosa in c. imperium. x. distin:, et in c. in suma. 15. q. 7. Jo: Andr: ad Specul: tit. de Legato §. nunc tractemus vers: Sed nunquid Legatus, et dixit Abb:

in c. dilecti

in c. dilecti col. 2ª. de arbitris q. Papa potest etiã fœminę laycę causas spirituales cõmittere.

76. Ideoq; verior, et receptior opinio est Papã posse cõmittere causas clericorũ Principibus, aut Judicibus laycis, quia tunc Illi Judicabunt non ex propria, et layca Jurisdictione, sed ex Jurisdictione Ecclesię eis demandata, vt ex cõmuni opinione resoluunt Jas: in Rub: de off: eius Jas: in l. est receptũ col. 2. ff. de Jurisdic: omn: Jud: Felyn: in c.º 2. n.º 3. de maior: et obedi:, et hanc esse cõmunem testatur nouissimè Fernandus Vasquius in tract: de succes: creatione lib: 3. §. 22. n.º 60. qui alios refert, quibus addo Aufre: in repet: Clem: pᵉ. in 4. q. Princ: de off: ord: fol: 87.

77 Omnia quę ex Aduerso possunt allegari procedunt quando sũmus Pontifex vellet omnes clericos, et ex toto subijcere secularium Jurisdictioni secus in particulari, quò ad quosdam vnius Regni, vel Prouintię, Ita Card: Zabar: in repet: c. perpendimus col. 7. de

senten: excomun: quæ sequuntur Fœly: in c.° 2.°
col. p.ª et c.° fin: de maior: et obed: Aufrer:
in tract: de potest: secul: super Eccles: —
person: in p.ª Reg: in Prin: Montaluus in
l. 25. tit.° 9. par: p.ª in Glos: magna Jo:
Quintinus in Aristocratia Christianæ reli-
gionis fo: 198. Petrus Rebuf: in Concord: Franc:
in Rub: de protectione concordatorũ Franciæ
Regibus concessa in princ: et nouissimè Alfon-
sus Aluarez in specul: sumorũ Pontificum
c. 36. in prin: et Paul: Burgasius in tract:
de Irregularitate, et dispen: par. 3. Conclus: —
p.ª n.° 20., et par: 6. Reg: 7. n.° 3. mouentur
inter alia per tex: in c.° Illud. x. q. 3.
Vbi quidam Ill.ᵉ siculus satis ante hu-
iusmodi Vrbani Priuilegiũ in hoc Regno
Siciliæ potestatẽ habuit, à Pelagio Papa
in Episcopos clerũ vexationibus opprimẽtes
quod legis caput ad secularẽ Principem
scriptum Glos: interpretatur in c.° Clericus
nullus xj.° q. 1. et dicit Grego: lopes in
l. 13. tit.° 13. par: 2.ª in Glos: magna nõ

esse dubiũ causas spirituales Layco de vo-
luntate Sũmi Pontificis posse cõmitti,
Ideoq; Reges Siciliẽ legati officio fungi
possunt, et causas clericorũ cognoscere. ;

78. Hoc igitur presupposito pro vero et Indubitato
sequitur q̃ Rex tanq; legatus natus po-
test constituere sibi vicariũ, vt tradit
Cardinalis Zabarella in c.º p.º de off. legat:
vbi ait legatũ, vt pote ordinariũ posse
sibi constituere Vicariũ Idem tenet
Franc: Marc: decis: 317. col. 1. n.º 8. lib: p.º
qui allegat Abb: in c. nouit de off. lega:,
licèt de hoc dubitet Barba: in c. 1. de
off: lega: tamen hic cessat dubitatio,
quia potestas fuit etiã pro herede, quo
casu nõ videtur Electa Industria
personę, vt tenent Cy: et Bal: in l.
quisquis. C. de Episco: et Cler: ;

79. Et licèt nõ posset legatus Papæ vicariũ
generalẽ cũ eadem potestate facere,
tamen ex causa propter Justã absentiã

potest Vicariū generalē Creare, et vices
suas sibi cōmittere, vt notant Docto: in
c.° nouit de off. legat: et tradunt alij q̄ plu-
res, quos refert Ferdnandus Lo hazes in
allegat: pro Marchione de Veles in p.ª dubi-
ta: n.° 99. 100. et 101. fo: 352. ./.

Nec obstat q̄ Prorex est laycus, et Incapax Juris
dictionis Ecclesiasticæ, quia hoc nihil rele-
uat posito pro Constanti q̄ legatus possit
80. subdelegare cū subdelegat personæ eiusdem
qualitatis, de qua Pontifex potest confi-
dere, et nihilominus Rex Constituit Pro-
81. regem ad nominandū personas Ecclesiasti-
cas, et eis Causas Ecclesiasticas delegandi
qui in Casibus permissis cū Consiglio magnæ
Regiæ Curiæ possint Judicare, et senten-
tias proferre, quod fieri posse nō dubita-
tur. c. 1. de procur: et latè probat Augusti-
nus Berous in proprijs terminis. q. 7. per to-
tā quinimò Rex etiā in spiritualibus po-
test exequi per aliū, vbi maior Industria
requiritur, vt in voto, c.° licet de voto, et

in Juramento, quod prestat per Vicarios suos, et Ambasciatores, prout habetur in Clem: Romani de Jure Juran: et Comitissa Flandriæ dedit Vicariũ ad Conferendũ prebendas. c. cũ dilecta de conces: prebend: et dicitur fieri ab eodem Rege, quia Vicarius, et Rex dicuntur habere vnũ, et Idem Tribunal et consistoriũ. c. nõ putamus de Constitu: lib. 6. et nõ videtur alius, Sed Ipse Idem Rex Bal: cons.º 333. lib: 1º. et Cons.º 457. lib: 5. maximè quia in Priuilegijs Viceregũ adest clausula alter nos facimus in qua breuitate verborũ comprehenduntur omnia quæ imaginari possunt, vnde videmus, q. in hoc Regno Prorex facit omnia quæ facit Rex, et cũ quæritur de eius potestate non recurritur ad Jura loquentia de officialibus, sed de Principe Rege, et Imperatore, vnde tex: in Rub: et nigro: quando libellus Principi offertur dum loquitur de Principe, et Docto: maximè Jas: Intelligunt de sũmo Principe, et Roman: in l. quamuis ff. de In Jus vocan:

et Afflic: in c.° 1. n.° 84. quę sint Regalia di-
cunt non habere locum in representante
Principe tamen Nos in Regno applicamus Illa
Jura Viceregibus nostris, et In causis spolij, in
quibus practicatur Ille titulus offertur suppli-
catio Viceregi Infrà bimestre, et perpetua-
tur actio, et Ità est in vsu, nec quis audet
tentare contrariū videmus etiā q̄ quotidie
dispensat in Criminalibus, statuit contra
leges, et contra capitula Regni confirma-
ta cū clausula abdicatiua potestatis sta-
tuendi contrariū, vnde prorex noster non
est Vicarius simpliciter, sed Idem q̄
Rex, quò ad potestatē, vnde potest
subdelegare, prout potest Rex tanq̄
legatus sanctę Sedis Apostolicę.

82. Tanto magis quia vbi agitur de potestate
subdelegandi attendenda est consuetudo
Francq in c. cū causā. q. x.ª et vltra
de appella: Quintilianus Mandosius in
Regu: Cancellarię de reseruatio: reg: 4.
83. q. 3. n.° 7.° et ex consuetudine, et prescrip-

tione queritur potestas, et facultas subdele-
gandi secundum Franciscum Pauinum in tract:
de offi: et potesta: C. sede Vacante q. 9.
per par: princ: in fin: ./.

84. Sextum Dubium licet esset legatus natus
in Sicilia debet esse in omnibus, et per omnia
obediens sue sanctitati, et Sedi Apostolice,
et non repugnare, nec contradicere Papae
vt ordinarie fit in Sicilia. ./.

85. Regnum Sicilie non potest audire sine
multis lachrimis, et magna cordis tristitia
eiusmodi opinionem, quam ex transmisso du-
bio apparet de eo habere sedem aposto-
licam cum pro eius fidelitate, et summa
obedientia, quam totum Regnum exhibuit
atque exibet erga sedem apostolicam, —
eiusque ministros arbitratur in toto orbe
Christiano non esse Regnum Religionis Chri-
stiane obseruantius, et in eis, que ad fidem
et obedientiam Preceptorum sedis apostolice
pertinent promptius. ./.

Pro responsione igitur dicti Duby desi-
deramus mirifice audire in quibus rebus
et causis hoc regnū contradicit sedi aposto-
licę, quia obsumam Reuerentiā sedi apo-
stolicę debitā, vidimus fuisse exequutioni
mandatas literas citatoriales obtemptas, à
tutore contrà Pupillū cū clausula de super
sedendo in causa petitionis Computi Admi-
nistratę tutelę sub prętextu illegitimi-
tatis Pupilli, quodq̄ sit calūniosū re-
mediū, nemo est, qui nō videat, cùm
tutores pupillorū, quorū tutelas, et res
administrauerūt quęstionē status mouere
non possint. l. cui necessitas in fin: ff: de
liber: causa. Pet: Rebuf: in l. verbū
facere de verbo: signifi: fol: 954. non
videmus igitur, nec animaduertimus aliquod
in quo sedi Apostolicę contradicimus, ideoq̄
arbitramur sinistris aliquibus informationi-
bus sedem apostolicā contrà hoc Regnū cōmo-
tam esse, presertim hac tempestate no-
stra in qua Exc^tia vestra multos abusus

Regiæ Monarchiæ substulit, quod si speci-
aliter cognosceremus, resque videntur re-
fragari votis sedis apostolicæ si Idoneas
excusationes nõ afferemus deprecaremur ve-
niam, et Indulgentiã. ⁊

86. Septimũ Dubiũ, q̃ dignitas legati nati nullo
modo debet exerceri à Judicibus magnæ Re-
giæ Curiæ, et personis laycis, vt fit in si-
cilia, sed legatus natus debet esse per-
sona Ecclesiastica in dignitate Constituta
quæ nõ solũ habeat votũ in omnibus Cau-
sis Ecclesiasticis, quæ tractabuntur verũ
etiã auditis consultoribus possit prouidere
quod melius ei videretur, et magis Consen-
taneũ Concilijs, et Decretis. ⁊

Respondetur nõ esse verũ In facto q̃ Judices
magnæ Regiæ Curiæ, et aliæ personæ laycæ
exercent officiũ legati nati, sed Causæ
Ecclesiasticæ per viã grauaminis, vel
appellationis deuolutæ ad legatũ cõmit-
tuntur per Proregẽ personis Ecclesiasticis

et multoties in dignitate Constitutis, qui cum
consilio Judicum magnę Regię Curię provi-
87. deant, quod posse fieri supra deduxi, nec
de Jure prohibetur laycũ esse consultorem
Judicis Ecclesiastici secundũ Deciũ in c.
decernimus. n.º 17. ubi dicit hanc esse
cõmunẽ opinionẽ, et ita seruari de Judicijs
et Cõmunẽ quoq; testatur apostilla ad Felyn:
Ibidem. n.º 6. nec absurdum videri debet,
ut Judices magnę regię Curię, et si layci
ex cõmissione apostolica mediatè, et cõmis-
sione legati immediatè consulant in
88. causis Ecclesiasticis: Cũ Paulus Ter-
tius Pontifex maximus ãno Dñi 1542.
ad Instantiã Oratoris Dominij Veneti
Illis concessit Priuilegiũ, q̃ Judices secu-
lares Ciuitatis Venetiarũ possint punire
clericos seculares, vel Regulares, etiã
in sacris ordinibus Constitutos pro cri-
minibus grauibus, et atrocibus, quod
priùs apud Venetos vsu recipiebatur,
ut sentit Hiero: Albanus Cardinalis

Amplissimus cons.° 13. n.° 17. et expressim tradit
Jo: Baptista Ferrectus cons.° 297. n.° 8. lib: 2.
et nouissimè Tiberius Decian: cons.° 82. n.° 8.
vers: non obstat lib: 2.° post hieronymum
Gigan: in tract: de Crim: lesæ M.tis sub
Rub: quis de Crim: les: Maiest: cognosce:
poss: n.° 20, et similia Priuilegia habent
quoq; alij Reges, et Principes, vt refert
89. Jo: Bapt: Ferret: cons.° 32. n.° 20. lib: p.°
et de Rege Gallorũ meminerũt Aufrer:
in Clem: p.a de off: ord: in p.a Regu: Tertia
Fallent: Gul: bened: in c.° Raynutius
de testam: in Verbo, et vxorẽ nomine
Adelasiã dec: 2.a n.° 47. vers: pariter
Cognitio Criminũ, et Mansuer: in sua
practica tit.° de Jud: §. nunc sciendum.

Quod autẽ dicitur legatũ natũ debere
esse personã Ecclesiasticã in dignitate
constitutã, hoc sic indefinitè proposi-
tũ potest intelligi, vel de ipso Rege
vel de ipso Prorege, vel de Delegato
Proregis, si de ipso Rege supra ostendi

clarissime Delegatū Papæ posse esse laycū,
Idem etiā de pro rege firmaui, nec est opus
alia responsione, si delegato Proregis, Dici-
mus semper esse personā Ecclesiasticam,
et quandoq; in dignitate Constitutā cum
Munus Judicandi vult suscipere. ;.

90 Quod autē de voto asseritur nō est noua
controuersia, an Judex teneatur sequi con-
siliū assessoris? et per Doctores varijs in
Locis disputata, de quibus per Albertinū in
suis questionibus de agnoscendis assertio-
nibus fidei. q. 26. tamen magis cōmunis
opinio est, q; etiā dispositio dictans, q;
Judex teneatur sequi consiliū sapientis
intelligitur si sit æquū, et Justū, et non
aliâs mouetur, quia Illud verbū con-
siliū debet intelligi de Arbitrio boni Viri
vt de magis cōmuni, et recepta sententia
testatur Soccin: Juni: cons.° 63. n.° 10.
lib: p.° Poterit igitur Judex Ecclesiasti-
cus, quando sibi videbitur consilium
iniustū non sequi. ;.

Hæ sunt Prorex Exc^me, atq; Ill^me Reso-
lutiones Septem Dubiorum *Septem die-
bus expeditę, quę Dubio procul locu-
lentiores essent si plus temporis ad eas
mihi datũ fuisse. Oro tamen, atq;
obsecro Exc^tiã vr̃am, vt hæc qualia-
cũq; sint, sua auctoritate, quę ma-
gna est, et Apud Regẽ Philippũ dn̄um
meũ tueatur, et protegat, et nõ minus
apud Sedem apostolicã; cui omnia li-
benter, et humiliter subijcio, beneficij
loco accepturus, veniamq; deprecaturus
quicquid in eis sũmus Pontifex Gregorius
xiij.^us Juris Consultissimus corrigendũ
esse mandauerit Pãn: Die xxvij.^o Octo-
bris 1579.

UNIVERSIDAD Y PROVA BIBLIOTECA. DE ZARAGOZA

515

Asia